Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-747494-p0001-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-747494-p0002-8

1709, 23 9 26 47

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE

# SUPERIORITATE TERRITORIALI CIVITATUM IMPERIALIUM.

*QUAM*
DIVINA ANNUENTE CLEMENTIA
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
*SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO*
DOMINO
**GUILIELMO HENRICO,**
DUCE SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ, MONTIUM, ANGARIÆ
AC WESTPHALIÆ &c. &c.
*INDULTU ILLUSTRIS JCTORUM ORDINIS*
IN ALMA SALANA
PRÆSIDE
*VIRO ILLUSTRI ATQUE EXCELLENTISSIMO*
**DN. CHRIST. WILDVOGELIO, IC.**
CONSILIARIO SAXO-ISENACENSI INTIMO CURIÆ PROVINC.
ET SCAB. NEC NON FACULTAT. JURID. ASSESSORE GRAVISSIMO
ET ANTECESSORE FAMIGERATISSIMO.
*DN. PATRONO AC FAUTORE ÆTERNUM DEVENERANDO*
*PRO GRADU*
*PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT*
**FRIDERICUS HEILBRONNERUS,**
VLMA - SUEVUS.
*D. JUNII M DCC IX.*
HORIS ANTE ET POMERIDIANIS.

---

*JENÆ*, TYPIS JOH. ADOLPH. MULLERI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-747494-p0003-3

# VIRIS
IN
# INCLYTA ET LIBERA S. IMPERII ROMANO-GERMANICI, REPVBLICA VLMENSI,

PERILLVSTRIBVS, PERQVAM GENEROSIS, MAGNIFICIS, MAXIME STRENVIS, PRÆNOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, PATRIBVS PATRIÆ, ANTIQVISSIMA STEMMATVM PROSAPIA, GRAVITATE, PIETATE MAGNIFICOQVE MVNERVM SPLENDORE OPPIDOQVAM CONSPICVIS ATQVE ILLVSTRIBVS,

*DOMINIS GRATIOSISSIMIS, PATRONIS, ET MÆCENATIBVS MAXIMIS,*

DISSERTATIONEM HANC INAVGVRALEM

Summa devotiſſimi gratiſſimique animi demiſſione
in perpetuum ſubjectiſſimi obſequii pignus
ea qua par eſt Reverentia

*Dat, Dicat & Conſecrat*

FRIDERICVS HEILBRONNERVS,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-747494-p0005-5

PERILLVSTRES, PERQVAM GENEROSI, MAGNIFICI, MAXIME STRENVI, PRÆNOBILISSIMI, AMPLISSIMI, PRVDENTISSIMIQVE, PATRES PATRIÆ, RELIGIONE, GRAVITATE, JVSTITIA ALIISQVE IN REMPVBLICAM MERITIS OPPIDOQVAM CONSPICVI ATQVE ILLVSTRES,

*DOMINI GRATIOSISSIMI, PATRONI, ET MÆCENATES MAXIMI.*

*MAgna ſane audacia eſt, PATRONI MAXIMI, Veſtris intervenire negotiis gravisſimis, atque utilisſimis, quæ pro ſalute Reipublicæ confertis, Conſiliis.*

*Vos*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-747494-p0006-0

*Vos enim, VIRI SVMMI, in eo conſtituti eſtis loco, ut nullum plane tempus effluere poſſit, quod non gravioribus rebus ſurreptum eſſe videatur. Quod ſi autem maxima, immo innumera Veſtra MÆCENATES GRATIOSISSIMI, munificentiſſime hucusque in me collata benevolentiæ monumenta penitius conſidero; ſubit animum pudor, quod tantum vitæ academicæ jam jam præterlapſum fuerit ſpatium, quo debita devotiſſimi obſequii & pietatis ſtudia publice adhuc conteſtari intermiſerim. Nunc igitur tandem Vobis, VIRI ILLVSTRES ET MAGNIFICI, ea qua par eſt animi demiſſione, non quæ debeo, ſed quæ in viribus ſita ſunt offero. Equidem cum Tantorum Evergetarum nixus patrocinio, ſtudia mea hucusque tractaverim, obſervantiæ & reverentiæ, qua Vobis, SVMME VENERANDI VIRI,*

*obſtrictisſimum me profiteor, ratio omnino à me expoſceret, ut ea animi ſigna & monumenta, quorum memoria ad poſteritatem extaret, per publicum quoddam ſpecimen declararem. Sed ingenue fateor, levidenſes haſce pagellas debito deſtitui nitore, ut Veſtro haud dignæ ſint adſpectu. Aſt ſingulari Veſtra, qua me immerentem devincire non dedignati fuiſtis, benevolentia atque inæſtimabili favore fretus, ſpero fore, ut quem in ſe minime continent ſplendorem, à Veſtra, SVMME VENERANDI PATRES PATRIÆ, Prudeutia, Doctrina, Virtute & Gloria mutuentur. Accipite igitur, PATRONI MAXIMI, primitias has Veſtra liberalitate largisſime promotorum ſtudiorum meorum academicorum, ut certisſimum devoti ſemper animi pignus,*

*ſere-*

*ſerena fronte animoque benignisſimo, atque eo quo me, tam præſentem quam abſentem amplecti voluiſtis, nunquam ſatis laudando favore, ulterius perſequi, ne deſinite. Sic cœpta mea ex voto ſuccedent, ſic ad ſcopum mihi propoſitum felicius perveniam, ſicque almæ meæ Patriæ ad officia poſthac præſtanda magis ero idoneus. Faxit* DEVS, *Ter Optimus Terque Maximus, ut prudentisſima Veſtra conſilia gravisſimaque negotia in Patriæ ſalutem & totius illuſtris ordinis Veſtri perpetuum ſplendorem ſemper & ubique ex ſententia cedant. Largiatur Divinum Numen conſtantes perennesque animi & corporis vires, ut Reipublicæ, Eccleſiæ, Rei litterariæ, Familiis Veſtris ſplendidisſimis, Meis denique & mihi quam diutisſime ſuper-*

*pereſſe poſſitis: Valete, MÆCENATES MAXIMI, atque priſtino Veſtro favore & benevolentia proſequi nunquam ceſſate*

PERILLVSTRIVM ET GENEROSORVM NOMINVM VESTRORVM

Jenæ d. IV. Junii
MDCCIX.

*devotiſſimum cultorem*

**FRIDERICVM HEILBRONNERVM.**



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-747494-p0010-2

*NOBILISSIMO*

# HEILBRONNERO

S. P. D.

## CHRISTIAN. WILDVOGELIVS.

JCT.

AUſpicato omine ex florentiſſima mercatorum familia prodiiſti: quorum TV contentionem ac ſtudium in artium præclariſſimarum mercatu egregie expreſſiſti. Quam enim nullo labori ac operæ in Patria quondam tua peperceris, ut merces eruditas acquireres, teſtes TIBI ſunt celeberrimi viri, per quos in Prytaneo Vlmenſi feliciter profeciſti, & quorum laus per dotes tuas pulcherrimas maxime effloreſcit. Reliquiſti deinde patriam,

reliquiſti TVOS, ad mercatorum exemplum, & ad noſtrum hoc eruditiònis emporium contendiſti: neque oculos modo, ſed & animum intendiſti eo, unde in doctis mercimoniis ſpes lucri aliqua appareret: in Jurisconſultorum pariter ac Philoſophorum tabernis asſidue & cum cura verſatus, quæ id, quod peteres, TIBI pollicerentur. Ita ea conſecutus es bona, quorum ſtabilis atque æterna poſſesſio eſſe ſolet, & quæ vera decora poſſeſſoribus ſuis circumdant. Quorum & TV, HEILBRONNERE nobilisſime, propediem compos, me teſte ac vade, futurus es, in Tuam atque Tuorum gloriam, inque publicæ rei ac patriæ emolumentum ceſſura. Vale. Dabam Ienæ, d. IV. Junii. A. O. R. M DCC IX.

*NOBI-*

*NOBILISSIME ATQVE*
*CLARISSIME*

DOMINE

# HEILBRONNERE,

JVRIVM DOCTORANDE DIGNISSIME,

AMICE JVCVNDISSIME,

IMperatoriam JOSEPHI noſtri majeſtatem non ſolum armis decoratam, ſed etiam legibus ſaluberrimis eſſe armatam, ac utrumque tempus, & bellorum & pacis, rectè nunc

gubernari: Principemque noſtrum Romano-Germanicum, non ſolùm in hoſtilibus prœliis victorem extitiſſe, ſed & tàm juris religioſisſimum, quàm victis hoſtibus triumphatorem magnificum fieri conſueviſſe: in aprico eſt. Et bellicos quidem ſudores barbaricæ ac perduelles Pannoniæ gentes, ſub juga JOSEPHINA jam ferè redactæ, cognoſcunt; atque tam Italia cum faſtuoſô mundi capite Româ orbis frena regente, Hiſpania pariter ac Gallia ſatis profligata & ad humilitatem coacta; quàm aliæ innumeræ provinciæ, victoriis Cæſareis, à cœleſti Numine præſtitis, iterum ditioni Romano-Germanicæ, noſtroque additæ imperio Teutonico proteſtantur. Omnes verò populi, præſertim *Liberæ Imperii Civitates*, legibus tàm à Principe illó ſupremó, Ejusque Prædeceſſoribus auguſtisſimis, promulgatis, quàm approbatis atque ex clementisſimè conceſsâ *territoriali ſuperioritate* promanantibus reguntur. Præ cæteris verò amantisſima tua Patria, politisſime HEILBRONNERE, utramque iſtam viam cum ſummis vigiliis, ſummâque providentiâ, annuente Deô, noſtrum Sem-

per

per Auguſtum perfeciſſe, ovans agnoſcit, poſtquam perfidis atque hoſtilibus invaſionibus erepta, ex inſidiatorum exiliò infelici nunc videt, quatenus per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat Imperatoria aula; idque miniſtrantibus non ſolùm Ducibus Heroicis, felicibus ac inclytis, ſed & aliis Viris illuſtribus, quorum omnium ſolertiam, & accuratam legum ſcientiam, & circa juſſiones Imperatorias fidem, jam ex multis rerum argumentis accepit fortunata Domus Auſtriaca. Te verò terque quaterque beatum! quem tanti ſub Principis, non armorum magis, quàm *ſtudiorum reverentiâ* ſplendentis, imperiò ac regimine civem præbet libera civitas, ex cujus publicò publici juris ſpecimine, applaudente publicò Illuſtris Præſidis teſtimoniò reliquorumque Anteceſſorum excellentisſimorum brabeò, cognoſcimus, quòd ſummâ ope & alacri ſtudiò leges Germanas patriæque jura cum Romanis acceperis, & Temetipſum ſic eruditum oſtendas, ut ſpes te pulcherrima foveat, totò legitimò opere perfectò, poſſe etiam noſtram Rempubli-

cam vel patriæ territorium, in partibus ejus tibi credendis, gubernari. Neque gratius quid mihi accidiſſe poterit, quòd non nihil ex meis, dixerim, an Præceptorum meorum doctrinis in Te eſſe derivatum, collaudes. Vale faveque ulterius

Dabam Jenæ Calend.
Junii A. O. R.
MDCC IX.

*Tuo deditiſſimo*

JOANNI FRIDERICO
HERTELIO.

*CLA-*

# CLARISSIMO DOMINO DOCTORANDO,

# FRIDERICO HEILBRONNERO,

## FRIEDRICH GOTTLIEB STRUVE,

S. D. P.

ITa, Amice Optime, exples officium boni civis, dum Te & Deo & Patriæ natum oſtendis, non contentus, ſtudia juris in ſuo ambitu peragraſſe, ſed eadem etiam in lucem & Praxin transferre cupiens, ad gradus honorum promeritos aſcendis. Non poſſunt non omnes boni laudabili huic auſui adplaudere, utpote qui ignari non ſunt, quam manca ſit & mutila Theoria,

*ria, quæ Praxi deſtituitur; In hac enim finis rerum noſtrarum; in hac principium & implementum actionum moralium conſiſtit. Nec prudentia ſine conſiliis; Nec conſilia ſine experientia quid valent. Hæc veluti vitæ humanæ magiſtra nos docet; Hæc inſtruit, & rerum agendarum judicium ſuppeditat. Felici ergo ſucceſſu deſperandum non erit, nec enim cruda adhuc ſtudia in forum propellis, ſed penitus exculta & maturata per vitam tuam Academicam honeſtè & laudabiliter apud nos per plures annos tranſactam. DEVS igitur Te ſervet inpoſterum, quo ad illam ſtudiorum tuorum metam pertingere poſſis, ut Patriæ adjumentum, Tuorum ornamentum & clientibus fortiſſimum poſſis eſſe præſidium. Vale. Dabam Jenæ Calend. Jun. M DCC IX.*

PRO-

# PROLOGVS

EXantlatis conſuetis examinibus & obtenta ab Illuſtri Almæ hujus Salanæ JCtorum Ordine diſputandi facultate, diu quidem multumque anceps hæſitavi, num juris publici, an civilis argumentum eligerem. Cum autem tàm amœnitas, quam utilitas & præſtantia juris publici præ civili mihi maximopere arrideret, ad præſens thema inaugurale, quod *de ſuperioritate territoriali Civitatum Imperii liberarum* agit, animum meum applicavi; Occaſionem vero hujus



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-747494-p0019-6

thematis ſpecialis mihi præbuit mota à malevolis quibusdam civitatum Imperialium oſoribus, hoc ſupremum jus illis denegantibus controverſia; quorum rationes cum nullius ponderis ipſique experientiæ ſint contrariæ, officii ratio à me omnino expoſtulavit, ut jura harum civitatum ac præprimis dulcisſimæ meæ patriæ, ea qua par eſt, cura ac diligentia publice defenderem. Coeptis ; interim adſiſtat Divinum Numen, ut omnia in Ipſius gloriam, noſtramque propriam cedant utilitatem. Vale, lector benevole, & ſi quid erroris ex innata imbecillitate humana irrepſerit, eo promptius condona, quo certius eſt, omnium habere memoriam, & in nullo penitus peccare, divinitatis magis eſſe, quam mortalitatis, optime id monente ſacratisſimo Imperatore, Juſtiniano in §. *14. Conſtit. de confirm. Digeſt. ad Senat. & omn. popul.*

***I.N.I.***

# I. N. I.

§. I.

Multi equidem extant ſcriptores Juris publici, qui thema de SVPERIORITATE TERRITORIALI, vel integris tractatibus, vel ſpecialibus ſaltim diſſertationibus pertractarunt. Inter hos eminet ANDREAS KNICHEN in Synoptica ſua tractatione *de ſublimi & regio territorii jure*, quæ iterata editione, curante CHRISTIANO à KREMBERG prodiit *Francofurti ad Mœnum 1688. 8.* Cui etiam acceſſit CHRISTOPHORI MINGII Diſſertatio inauguralis *de ſuperioritate territoriali & ejusdem juribus adfinibus.* Idem argumentum egregie illuſtravit Perilluſtris Dn. BARO de LYNCKER in Diſſertatione *de Superioritate Territoriali*, nec non celebris ille JCtus Gieſſenſis, JOHANNES NICOLAVS HERTIVS, in diſputat. *de Superioritate Territoriali*, item GOTTLIEB GERHARD TITIVS in Diſſertatione *de Habitu territoriorum Germanicorum* & *in ſpecimine Juris publici*, ut & LVDOLPHVS HVGO, *de Statu Regionum in Germania*, qui plane egregius eſt, itemque FRIDERICVS THEODORVS KLAMPRINGIVS, Weſtphalus, in Diſſertatione *de poteſtate Domini territorii & relativa ſubditorum obligatione*, aliique quam plurimi, quos recenſet excellentisſimus hiſtoriarum profeſſor in hac Salana, BVRCARDVS GOTTHELFF STRUVIUS,

Præceptor atque hoſpes meus omni honoris cultu maximopere devenerandus, in ſelectisſima Juris Bibliotheca *cap. XI.* §. *18.* Cum autem dicti Doctores Superioritatem territorialem ejusque jura generalia tantum delineaverint; operæ pretium, imo ê re Civitatum Imperialium eſſe duxi, de illarum ſuperioritate territoriali, tam quoad originem, quam quoad progreſſum in præſenti hac Diſputatione inaugurali diſſerere.

§. II.

Ad hujus autem inſtituti rationem me commovit quorundam auctorum Civitatibus Imperialibus ſuperioritatem territorialem negantium erronea opinio. In quorum numero primum præcipue locum occupat acerrimus illarum antagoniſta, ANDREAS KNICHEN, tam in memorato tractatu ſuo *de ſublimi & regio territorii jure cap. I. n. 116.* quam in *Velitat. apolog. n. 16. 21. 137. ſqq. & in Epops.* item TENNAGELIVS *de proceſſ. decern. cl. I. cap. I. n. 3.* & COMPILATOR *Deciſ. & præjud. Camer.* apud GYLMANN. *ſymph. tom. III. verb. Civitatis Imperialis.* qui dicit: *ſemper ego fui in illa opinione, quod civitates non habeant* die hohe Landes-Fürſtl. Obrigkeit/ *ſed quod illa reſideat penes Imperatorem, multique alii catholici mecum tenuerunt hanc opinionem,* cui adſtipulatur ANDREAS OCKELIVS in diſcurſu juridicopolitico *de regali poſtarum jure pag. 99.*

§. III.

Quod ſi vero quis potisſima illorum, quibus uſi ſunt, argumenta pariter & fundamenta paulo accuratius

tius inſpiciat, facillimo deprehendet negotio, futilia illa nulliusque eſſe momenti. Conſiſtunt vero præcipue in his. (I) quod Civitatum Imperialium ditio in Ducatum, Principatum, Marchionatum, aliamve regiam dignitatem & annexa regalia habentem provinciam erecta non ſit, nec feudi lege à ſummo Imperante teneatur, nec Civitates cum regalibus ampliſſimisque clauſulis, mit Landes-Fürſtl. Obrigkeit/ mit aller Hoch- und Herrligkeit/ ab Imperatore inveſtitæ ſint, quod tamen evenire ſoleat in Ducibus, Principibus, Marchionibus &c. quibus eo ipſo, dum eximiam nanciſcuntur dignitatem, una cum territorio jura ſimul ſuperioritatis ſunt conceſſa. (II.) quod Superioritas territorialis à potiori ſemper appellari ſoleat, Landes-Fürſtl. Hoheit/ quæ ſine Principatus jure exerceri nequeat: hac igitur cum deſtituantur Civitates Imperiales, de iis aſſeri non poſſe, quòd illam habeant: accedit, quod jura Superioritatis territorialis potentius influant in Principes, hoc eſt, ipſo jure cum territorio illis competat die Landes-Fürſtl. Obrigkeit/ quam in civitates imperiales. (III.) quod Cæſari civitates imperiales ſacramento a ſingulis civium præſtito, aliquando etiam Principibus vicinis, ad annuum cenſum ſimilesque præſtationes ſint obligatæ. (IV.) quod civitatibus imperii Superioritatem territorialem in tabulis pacis Osnab. conceſſam eſſe, vix invenire liceat; habere quidem civitates imperiales jura territorialia, ſuperioritatem autem territorialem illis haud competere. (V.) quod Cæſar majorem auctoritatem, ſublimioraque jura in civitatibus imperialibus exer-

 cere

cere poſſit, quam in Principum territoriis, idque ex eo quod à Cæſare partim pretio, partim privilegio ſuam libertatem habeant. vid. *MONZAMB. c. 3. §. 10.* (VI.) quod civitates imperiales ipſæ agnoverint, ſe multisparaſangis ab Electoribus & Principibus diſtare, *annot. AUCTORE* der Grund-Veſt des H. Röm. Reichs. *p. 2. cap. 6. & Dn. de RHETZ. Diſſ. de Civ. Imp. c. 2. §. 7. n. 75.* præterea praxin Imperii docere, non eſſe harum cum Principibus Imperii in omnibus æqualia jura, quippe cum Principes Imperii longe alio titulo principatus ſuos teneant, ac ipſæ civitates. vid. *OCKELIUS in Diſſ. de Regali poſtarum jure. th. II. & III. pag. 98.*

§. IV.

His à Knichenio & Ockelio *dd. ll.* propoſitis objectionibus addi poſſunt adhuc aliæ; & quidem (VII.) quod civitates imperiales non ſint Status Imperii, & licet in Comitiis compareant, votum tamen deciſivum non habeant. (VIII.) quod civitates imperiales non adeo magna & lata habeant territoria, quam Principes & alii Imperii Status: Imo quandoque ipſarum jurisdictio extra muros civitatis ſe ſe non extendat, & ſic cum territoria non habeant, nec territorialem jurisdictionem ſive ſuperioritatem obtinere poſſint, idque eo magis, quia ſuperioritas hæc à ſuo ſubjecto, territorio ſcilicet, ita dicatur, nec ſine eo ſubſiſtere queat. (IX.) quod non poſſint demonſtrare titulum, ex quo jura hæc territorialia obtineant, & quod non reperiantur civitates imperiales in tota Suevia, quæ territorium per ſe ſine particularibus titulis poſſideant,

deant, nuper magni nominis virum quendam aſſerere conatum eſſe, refert *AVCTOR ACTOR. LINDAVIENS. fol. 73.* §. nichts deſtoweniger.

§. V.

Progrediendum itaque nunc eſſet ad horum argumentorum refutationem, ſimulque demonſtrandum, quam infirmis illa innitantur fundamentis & paucorum ſcriptorum aſſenſu excipiantur; ſed cum tam ordinis quam inſtituti noſtri ratio expoſcat, de ſuperiotate territoriali ejusque definitione, origine & acquiſitione, pauca quædam, quantum ad præſentem hanc ſpectat materiam, præmittere, rem ipſam ſtatim aggrediar.

§. VI.

Vocabulum *Superioritatis Territorialis* quod attinet, notum eſt, illud ob Doctorum diſſenſiones explicatu difficile eſſe: quæ difficultas exinde potisſimum oritur, quod materia hæc neque legibus neque uſu juris ſatis definita, aut certis limitibus circumſcripta reperiatur, & Juri noſtro Juſtinianeo plane ſit incognita, ſed ſolis moribus introducta, varieque uſurpata, uti conſtat ex variis Cameralium votis apud *GYLMANNVM ſymphor. tom. I. part. I. tit. 2. Vot. I. n. 58. fol. 77. MEICHSNERVM tom. II. part. I. Deciſ. 8. n. 54. verſ. primo non ſatis. fol. 810. & ibid. part. II. Dec. IV. n. 171. fol. 260.* item ex *LIMNÆO in tom. I addit. ad jus publ. lib. 4. c. 8. n. 182.* aliisque quos citat *KNIPSCHILD. de jur. & priv. Civit. Imp. Lib. II. cap. 5. n. 57.* conf. Perilluſtris Baro de LYNCKER, in doctisſima Diſſert. *de Superioritate Territoriali in pr.* Quo referenda quoque

que ſunt verba *LIMNÆI tom. IV. p. 629.* ita ſcribentis: Die Landes-Fürſtl. Obrigkeit iſt vor Alters im Reich ein gantz ohnbekandt Ding geweſen / und iſt ein neuer *fœtus noſtri ſeculi.* Accedit ſuperioritatem hancce acquirendi inſignis diverſitas; hinc ajunt: Die Landes-Fürſtl. Obrigkeit ſeye allein durch einen lautern Gebrauch und Herkommen eingeführt / und hernach auf mancherley weiß *exercirt* worden; apud dict. *GYLMANNUM Symphor. part. I. tit. 2. de reconvent. n. 58.* & *dd. DD.* vid. Dn. *HERTIUS de Superioritate Territoriali* §. *I.* Cum itaque Vocabulum ſuperioritatis territorialis *recentioris ſit ſtyli & quidem variantis,* inquit Per-Illuſtris Baro de *LYNCKER dict. Diſſert. de Superiorit. Territ. pr. quid mirum quod hac de re viri docti paſſim conqueſti ſunt?* Add. Dn. *HERTIUS de Superioritate Territ. d.* §. *I.* Ex his facile colligere licet, *delicatam rem eſſe ſuperioritatem territorialem, circumſpecteque tractandam;* uti *MEVIUS p. IV. Dec. I. n. 10.* vere aſſerit. Eſt autem illa ſummæ poteſtatis quoddam analogum, id quod etiam nomen arguit: vocatur enim ſuperioritas territorialis, ſublimis Statuum poteſtas, jus territorii, jus ſuperioritatis regalis, jus αὐτοκρατορίας, analogice ſcil. jus Statuum Imperii regium, Majeſtas dependens, omnimoda Jurisdictio, Regalia, jus Principatus, jus præcipuum Principis, Ducalis dignitas & præcellentia, jus inferioris Majeſtatis, jus ſuperius, ſumma poteſtas politica. Germanice: Landes Obrigkeit / Landes-Fürſtl. Obrigkeit / Landes hohe Obrigkeit / Landes-Hoheit und Herrligkeit / Ober Herrligkeit und Bottmäßigkeit / Ober-Herrligkeit und Gebiet. R. A. zu

Aug-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-747494-p0026-2

Augſpurg *de anno* 1555. §. wo auch im Heil. Reich. 40. ibi: in was Ober-Herrligkeiten oder Gebieten das wäre. & R. A. *de anno* 1559. §. und wie wohl in ſolcher *executions*: aliquando hohe Ober-und Gerechtigkeit. ita R. A. zu Augſpurg *de anno* 1548. §. und als erſtlich 47. ibi: an ihren hohen Ober- und Gerechtigkeiten. Quæ quidem in Principe dici ſolet Landes-Fürſtl. in Comite, Gräfl. in Civitate Stättl. Herrligkeit. *KNIPSCHILD de Civit. Imp. lib. II. cap. 5. n. 22.* conf. Per-Illuſtris Baro de *LYNCKER*, *Diſſertat. de Superioritate Territoriali in pr. HERTIUS* in *Diſſert. de eadem materia.* §. 2. *SCHWEDER. in jure pub. p. ſp. Sect. II. cap. X.* §. 2. *KNIPSCHILD. de Civit. Imperialib. lib. II. cap. 5. n. 18. MYLER. de Statibus Imperii c. 36. n. 1. PFEFFINGERI Vitriarius Illuſtratus Lib. III. tit. 15.* §. 2. *BESOLDUS, SPEIDELIUS, WEHNERUS* in explicatione hujus vocabuli, aliique quam plurimi à *dd. DD.* citati.

§. VII.

Synonymiam excipit definitio, quæ quidem ob diverſitatem nominis varie traditur. Inter has autem illa mihi præcipue arridet, qua ſuperioritas territorialis ita deſcribitur, quod ſit jus & facultas ſummæ poteſtatis ſeu Majeſtatis æmula, Statibus Imperii ſublimi jure ſub nomine & qualitate der Landes hohen Obrigkeit conceſſa, vel uſu longævo obtenta, competens in omnes territorii ſui ſubditos, niſi quatenus lege vel conventione prohibentur. Per-Illuſtris Baro de LYNCKER, in Diſſert. *de Superiorit. Territ. p. 14. Vitriarius Illuſtratus PFEFFINGERI lib. III. tit. 15.* §. 4. *SCHWEDER. p. ſp. Sect. II. cap. X.*

§. 5. *CHRISTOPH. MINGIUS de Superiorit. Territ. concl. 7.*

§. VIII.

Ab hac Superiorit. territ. bene diſcernenda venit, notabilis illa, quæ inter ſupremam poteſtatem, juriſdictionem & hanc intercedit differentia, nec putandum quod per conceſſam hanc ſuperioritatem territorialem ipſa etiam ſtatim Majeſtas & poteſtas abſoluta ſit tributa, prout quidem *RELFENSO Heromantus in tract. de Summa Principum German. Poteſtate, c. 3.* cum *BERNHARDO KHÖNE* in Diſſert. *de moderno Statu Electorum ſacri Imperii p. 36. ſqq.* contendit. Etſi enim non inficias eamus, ordines Imperii, aliosque jura territorialia exercentes, in ditionibus ſuis regendis ſatis amplam, imo regiam ferme poteſtatem exercere, juxta tritam illam & vulgatam Regulam: *Tantum quisque Status poteſt in ſuo territorio, quantum Imperator in univerſo Imperio:* Procedit tamen hoc, optime annotante *MINGIO* in *tr. de ſuperiorit. territ. concl. 54. in juribus territorialibus & regalibus, non in juribus Imperialibus, quæ Imperatori tanquam capiti in ſignum ſupremæ ſuperioritatis & Majeſtatis ſunt reſervata; Habent itaque,* ut porro pergit, *jura hæc magna quidem cum illis affinitatem & ſimilitudinem, non tamen ſunt eadem & paria.* Hinc illorum poteſtas analoga Majeſtati, & ut in definitione jam jam monui, ſummæ poteſtatis ſeu Majeſtatis eſt æmula, *inter quam & Magiſtratum jacet medium, ita tamen ut ab eo longe abſit, & proxime ad illam accedat; à qua licet oriatur & dependeat, tolli haud poteſt pro lubitu, ſed in perpetuam & heredi-*

*hereditariam poſſeſſionem promiſſo Cæſareo confirmatur. Non verſatur ergo circa nudam executionem jurium, ſed veram continet poteſtatem analogam ſummo Imperio, ſecundum omnia ejus jura*, uti id pluribus demonſtratur in *Vitriario Illuſtrato Lib. III. tit. 15. §. 7.* Imo ipſa vox *Territorialis*, deminutionem quandam ſummæ poteſtatis & ſimul hoc innuit, omnem illam poteſtatem immediatam ac totam à Cæſarea Majeſtate pendere & à legibus Imperii modum capere. Per-Illuſtris Baro de LYNCKER, Diſſert. *de Superiorit. Territ. pag. 16.* Quod & exinde pateſcit, quia Status Imperii ob vinculum, quo Imperatori & Imperio, ratione terrarum ſuarum ab Imperio dependentium per nexum feudalem ad fidem & obſequium obſtricti ſunt, coguntur juramentum præſtare, gehorſam zu ſeyn/ leges ab Imperatore & & Imperio accipere, & quæ ſunt ſimilia, quæ omnia dependentiam denotant. Ordinaria igitur omnimoda, ſed ſubordinata nec abſoluta gaudent poteſtate; *multa enim*, atteſtante *MINGIO & magna Proceribus & Statibus Imperii conceſſa ſunt, multa vero ſunt Imperatori reſervata; quia omnis conceſſio quocunque modo facta, ſemper intelligenda, ſalvis reſervatis Cæſareis*, ohne ſchmählerung der Käyſerl. Hoheit und *Reſervaten*. R. A. *de anno 1576.* §. darDurch dann. *MINGIUS de Sup. Territ. concl. 54.* Obſtare equidem hic videtur, quod Principes Imperii ditiones ſuas principatusque gratiæ divinæ in reſcriptis ſuis, mandatis, litteris atque edictis acceptas ferant, cum his utantur verbis. **Wir von GOttes Gnaden rc.** Sed ex hac loquendi ſcribendive formula vera Majeſtas & abſo-

 luta

luta poteſtas probari nequit, quia hæc ad curialia ſaltim faciunt & ſplendorem externum, ex quibus nihil in politicis certi concluditur. Originem enim hujus formulæ ſi inſpicias, ab Epiſcopis, qui eâdem in litteris ſuis pietatis ergo ab initio uſi fuere, profecta eſt; quæ poſtmodum ad Imperatores & Reges, atque proceſſu temporis etiam ad Principes præpotentesque Comites pervenit, ita tamen ut, non obſtante hac formula, reſpectus erga Imperatorem & Imperium ſalvus ſemper maneat atque incolumis; Id quod non ſolum DD. Juris publici paſſim, ſed & LL. Imperii noſtri fundamentales ſatis demonſtrant, videatur præ aliis die Ordnung des Land-Friedens zu Worms / *de anno 1521. Tit.* Handhabung des Friedens ꝛc. §. 4. ibi: Darauf befehlen wir allen und ieden obbeſchriebenen (i. e. omnibus Imperii Statibus) Euch auch hiemit aus Röm. Käyſerl. Macht / bey denen Eyden und Pflichten / die ihr Uns / von Reichs-wegen inſonderheit gethan / und bey dem Gehorſam / den ihr Uns als dem Röm. Käyſer ſchuldig ſeyd / auch bey Verluſt aller Gnaden *Privilegien* und Rechten / ſo ihr von Uns und dem Heil. Reich / oder anderen habt / ernſtlich und veſtiglich gebiethend. It. der Röm. Käyſerl. Majeſt. und des Heil. Reichs Land-Fried *de anno 1548. Tit.* Wie der Land-Fried zu halten &c. verb. Wir befehlen auch allen und ieden / Chur-Fürſten / Fürſten / Geiſtl. und Weltl. ꝛc. ernſtlich gebietend bey den Pflichten / Eyden und Gehorſam / ſo ſie Uns und dem Heil. Reich gethan haben / und zu thun ſchuldig ſeyn / und darzu einer *pœn* nehmlich 2000. Marck feines Golds ꝛc. und darzu bey Verlie-

rung

rung aller und ieglicher Freyheit/ und Rechten/ ſo ihr ieder von Uns und dem Heil. Reich hat/ daß ſie ſolchen Frieden mit Ernſt und treuem Fleiß halten ꝛc. Addi etiam huc merentur verba Domini à SECKENDORFF im Teutſchen Fürſten-Staat *part. 2. cap. 2.* ſub initium *p. m. 59.* daß eine Teutſche Fürſtl. Hoheit nicht gar *abſolut* ſey/ ſondern auf Käyſerl. Majeſt. und das Heil. Reich ihren unterthänigen *Reſpect* habe. Et *l. c. p. 60.* Daß dannenhero ein Teutſcher Fürſt oder Landes-Herr/ nicht allein in ſeinem Gewiſſen gegen GOtt dem Allmächtigen ſeine Regierung und Handlung zu verantworten hat; ſondern er iſt auch ſchuldig/ und mehrentheils mit Eydes-Pflichten verbunden/ einem ordentlichen erwehlten Röm. Keyſer/ und dem Reich gebührlichen *Reſpect* und Gehorſam zu leiſten/ und demjenigen/ was Käyſerl. Majeſt. und die Chur-Fürſten/ Fürſten und Stände des Reichs/ alten Herkommen nach/ geordnet und geſchloſſen haben/und noch ſchließen werden/ für ſich und in ſeiner Landes-Regirung in acht zu nehmen/ es wäre dann/ daß er eines anderen durch gewiſſe *privilegi*en / Freyheiten und Bedingungen befugt wäre ꝛc.

§. IX.

Quemadmodum vero, ut bene Imperator Juſtinianus in *l. 1. ff. de orig. Jur.* admonet, *cujusque rei potiſſima pars principium eſt*, & cujusvis negotii baſis atque directrix, præcipue cum perfecta rerum non adeo notarum & inter DD. adhuc controverſarum cognitio vera vix haberi poſſit, principiis ejusdem nondum plene cognitis; ita neceſſarium eſſe duxi, in originem Superioritatis territorialis inquirere, id-

que eo magis, quo certius, hanc indagationem, non neceſſariam tantum, ſed & utilisſimam eſſe, nam & hic, ut Imperator *l. 3. §. 10. C. de Veteri jure enucl.* loquitur; *antiquitati ſua habenda eſt reverentia*, & in rebus dubiis ſæpisſime ad originem ceu fontem recurrendum, ut exinde de natura iſtarum dijudicatio fieri, ipſumque negotium recte definiri ac menſurari queat, juxta *l. 16. ff. de negot. geſt. l. 3. §. 2. ff. de minorib. l. 33. pr. ff. de donat.*

## §. X.

Huic itaque prudentisſimi Imperatoris in legibus nobis præſcriptæ ſaluberrimæ admonitioni, ut debitus mos geratur, ſciendum eſt, varias tam Hiſtoricorum quam Juris publici Doctorum hac in re eſſe opiniones. Aliqui enim Superioritatem hanc inventum novioris ſeculi, & quidem tempore pacis Weſtphalicæ ortam eſſe, contendunt: alii, ut Dn. COCCEJVS tam in *prudentia juris publici*, quam in *Diſſert. de fundata in territorio Jurisdictione*, itemque *KNICHENIVS de jure territorii*, originem ejus ad tempora Caroli M. remittunt. JO. SCHILTERVS *Inſtit. Jur. Publ. lib. I. tit. 24. §. 6.* ſe ex regeſtis imperialibus Ruperti Palatini compertum habere dicit, ſub ejus imperio nondum in Germania hoc jus Sperioritatis fuiſſe introductum, ſed majora regalia, imo banni concesſionem, adhuc à ſpeciali Imperatoris concesſione dependiſſe, neceſſe ergo eſſe, ut ſub Auſtriacis, à Friderici III. temporibus, cœperit. BENJAMIN LEVBERVS *de Stapula Saxon. n. 96.* à temporibus Rudolphi Habsburg. eandem repetit, qui ad conciliandos

Procerum animos eandem conceſſerit. Plurimi vero, inter quos præcipue Per-Illuſtris Baro de LYNCKER in diſſert. *ſup. de territ.* *HERTIVS in Diſput. de eadem materia* §. 5. *MYLERVS* ab Ehrenbach *in Archologia ordinum imperialium cap. X.* §. 2. Beatus Dn. *STRVVIVS in Syntagm. jur. feud. pag. 16. n. 1. & ſqq. SCHWEDER in jur. publ. p. ſpec. ſect. 2. cap. X.* §. 6. *TITIVS* in Diſſert. *de Habitu territoriorum Germanicorum*; eam pedetentim & turbulentis potiſſimum Germaniæ temporibus irrepſiſſe, pluraque indies incrementa cepiſſe aſſerunt. Atque horum ſententiam veritati hiſtoricæ & circumſtantiis priſcorum temporum magis eſſe conſentaneam arbitror, quod ex ſequentibus facile patebit.

§. XI.

Prius vero quam ad ipſa argumenta probantia accedam, neceſſarium adhuc erit, de rationibus aliter ſentientium verba quædam facere, easdemq; examinare Illorum ſane, qui originem Superioritatis territorialis, in tabulis pacis Weſtphalicæ fundatam eſſe putant, opinio, non omni ratione deſtituitur, cum ignotum haud ſit, Superioritatem territorialem, aliaque ſubliniora jura Statibus Imperii antea ſenſim acquiſita, confirmata in illis eſſe, non autem noviter demum conſtituta; ut adeo diſtinctio adhibenda ſit, inter originem Superioritatis territorialis & inter ejusdem confirmationem: licet enim ab initio ſplendidum hoc nomen nondum innotuerit, notiſſima tamen fuit res ipſa. Altera ſententia eorum eſt, qui illam ad Caroli M. vel ulteriora tempora referunt, quorum præcipua

cipua

cipua fundamenta eo tendunt, quod ab illo ſtatim tempore, quo Duces in Germania extitêre, hi cum ducatibus ſuis, non reſpectu tantum terræ, ſed & ratione propriæ & regalis poteſtatis ab Imperatoribus jamdum fuerint inveſtiti, quam opinionem ſpeciatim defendere conatur ſupra §. *10.* allegatus Dn. COCCEJVS, cui calculum ſuum addere videtur KNICHEN. *eod. loc. cit.* dum Wittikindum, Saxonum Ducem, regali dignitate & poteſtate à Carolo M. inſignitum & inveſtitum fuiſſe, ex variis ſcriptorum veterum libris probare ſatagit. Sed his aliisque rationibus non obſtantibus, diſtinguendum inprimis putamus, inter inveſtituram Ducum priſcorum, & conceſſionem regalis propriæque poteſtatis: Hoc enim certo conſtat, & antiquorum ſcriptorum clarisſimis evincitur verbis, Duces anterioribus Germaniæ temporibus de Ducatibus quidem inveſtitos fuiſſe ſed adhuc vaſallos permanſiſſe, nec propria regalive gaviſos eſſe poteſtate, uti infra pluribus docebitur. Quod autem ad argumenta in contrarium adducta attinet, facile illa refelli poterunt, ſi attendamus (1) quod Imperatores ob male adminiſtratas provincias, Ducibus illas pro lubitu auferre potuerint, veluti exemplum nobis præbet Bavariæ Dux, Tasſilo, quem Carolus M. ob rebellionem Ducatu exuebat; MYLERVS ab Ehrenbach *cap. VII.* §. *4.* Quæ privatio non tam facile processiſſet, ſi ille propriam regalemque poteſtatem habuiſſet. *(2)* quod Duces conſtituti fuerint à Rege ad regendum populum, quæ conſtitutio infallibilem dependentiam, & adminiſtratoriam ſolum indicat poteſtatem. Aperte

illud teſtatur HINCMARUS Scriptor ævi Carolingici, in *admonitione altera pro Carolomanno Rege, apud Sparnacum facta n. 14. in tomo ſecundo operum ed. Sirmondi, p. 216.* dum ait: *Qui autem poſt regem populum regere debent, id eſt Duces & Comites, neceſſe eſt ut tales inſtituantur, qui ſine periculo ejus, qui eos conſtituit, quos ſub ſe habent, cum Juſtitia & æquitate gubernare intelligant, atque cum bona voluntate, quod intelligunt adimplere procurent, ſcientes ſe ad hoc poſitos eſſe, ut plebem ſalvent & regant, non ut dominentur & affligant, neque ut populum Dei ſuum æſtiment, aut ad ſuam gloriam ſibi illum ſubjici, quod pertinet ad tyrannidem & iniquam poteſtatem. Valde enim exigit neceſſitas, quia Rex æquiſſimo judici de commiſſo ſibi miniſterio rationem redditurus eſt, ut etiam ſinguli, qui ſub eo ſunt miniſtri, diligentiſſime ab eo inquirantur, & tales conſtituantur, ne ipſe pro eis judicium incurrat divinum.* Dum enim Hincmarus Duces dicit à Rege conſtitui, eosdemque appellat miniſtros, liquido patet, regalem illos poteſtatem non habuiſſe. (3) quod Duces Germaniæ, Conradi I. potiſſimum temporibus, varias turbas civiles & machinationes ad conſequendam propriam poteſtatem moverint, ut ex Wittekindi annalibus aliisque ſcriptis coævis apparet, id quod ſane non feciſſent, ſi jam antea eâdem fuiſſent præditi, quod enim ſemel meum eſt, amplius meum fieri non poteſt, juxta notiſſimam juris civilis regulam.

§. XII.

Ex his quæ modo deducta & *ſqq.* §§. deducenda ſunt, abunde pateſcit, veram Superioritatis territorialis

originem neque Caroli M. conceſſioni, neque pacis Weſtphalicæ tabulis, ſed diverſis potius temporibus eſſe adſcribendam. Quod enim JCtus CAJVS in *l. 7. §. 1. ff. de acquir. rer. Dom.* de alluvione eleganter tradit; quod nempe ſit incrementum latens, *quo quid paulatim prædio noſtro fluminis motu adjicitur, ut intelligi non poſſit, quantum quoquo temporis momento adjiciatur*; id optima ratione ad ortum & progreſſum Superioritatis territorialis, indeque dependentium jurium applicari poterit, quia per turbulenta Germaniæ tempora, per varia bella inteſtina, aliasque multas ſeditiones, accedente Imperatorum munificentia, ceu motu fluminis ita accreverunt Statuum jura territorialia, immunitates & dignitates, ut tandem ad hoc præſens honorum culmen pervenerint. vid. *MYLERVS* ab Ehrenbach *cap. I. §. 7.*

§. XIII.

Temporibus quippe Carolingicis, procerum Germaniæ, tam ſecularium quam eccleſiaſticorum, officia dignitatesque temporaria tantum erant & adminiſtratoria, id quod MYLERVS ab Ehrenbach in *Archologia ordinum Imperialium, cap. VII. §. 2.* hiſce verbis indicat, cum ait; *Erant tum temporis & ab initio Duces, Marchiones, Comites & omnes alii titulati Status non ita liberi olim, minus vero perpetui ac hæreditarii, ſed officiorum tantum nomina, præfecturæ perſonales, ex mero Imperatoris arbitrio dependentes, & ad nutum removibiles quarum adminiſtrationis ratio ærario Regis ſeu Imperatoris erat inferenda. Sane ſub Carolo M. Ducatus, Marchionatus & Comitatus una cum dignitate judicandi*

*di & terrendi poteſtate in diſtrictibus Ducibus & Comitibus conceſſis, temporarios regulariter merito tantum fuiſſe, aſſerunt rerum Germanicarum periti ſcriptores,* quod Idem *cap. VIII.* §. 2. ex veteribus & optimis hiſtoriæ antiquæ ſcriptoribus ulterius comprobat. Hinc conſiderabantur Duces iſti & Comites veteres ut adminiſtratores provinciarum, quibus in præmium laborum & officiorum ſuorum certa ex publico deputabantur ſalaria, aut ex uſu ſylvarum, aquarum, agrorum aliorumque jurium certi reditus. MYLERVS ab Ehrenbach in *arch. ord. Imp. cap. VII.* §. 3. Huic adſtipulatur LEHMANN. in *chronico Spirenſi lib. II. cap. XV. pag. 82. & ſq.* cujus verba huc referri merentur, quando dicit: Die Herzoge haben ohne des Königs und Reichs Befehl und Zulaſſung kein Geboth und Verboth/ Schatzung oder Steur denen Unterthanen aufzutragen Macht und Fug gehabt/ und allen ihren Gewalt/ *Jurisdiction* und Gebieth vom König und dem Reich empfangen/ und in deſſen Nahmen gebraucht und verübt. Et paulo poſt: Es haben zwar die Herzoge für ſich von ihren Eltern und Vorfahren ihre eigenthümliche Land-Güther/ die ſie entweder ererbt/ durch Heurath erlangt/ erkaufft oder ſonſt durch andere Mittel an ſich gebracht/ und davon ihren Unterhalt und Auskommen nach ihrem Stand gehabt/ aber deswegen nicht Herzoge geheiſſen/ noch ſolchen *titul* daher geführet/ ſondern vom Amt und Stand/ darinn ſie vom König von wegen des Reichs geſetzt worden; daſſelb ihr Amt wird in denen Geſetzen der Beyer mit dieſen Worten angedeutet *Tit. II. C. 34. In exercitu ambulare & populum*

*judicare. In legib. Aleman. poſſe utilitatem Regis facere, & exercitum gubernare*, daß er des Königs Nutzen ſchaffen / das Kriegs-Volck regieren / und ſolchen zu ihren Rechten verholffen ſeyn ſoll; Quod etiam teſtatur VADIANVS *de Colleg. Monaſt. Germ. fol. 83. cum illa ætate & Duces & Comites non ſui juris ſed Regum & Imperatorum officiarios & veluti miniſtros fuiſſe*, ait: & alio loco id confirmat his verbis: *Franci Reges regnum, Ducum maxime & Comitum opera, moderabantur, qui in illa quidem ætate non ſuam ceu propriam, ſed publicam regni ditionem adminiſtrabant. Perinde enim ut apud Romanos Pro-Conſules, Præſides, Quæſtores, Procuratores: ita in Francorum regno Duces, Comites, & qui cameræ nuncii dicebantur, alienæ poteſtatis functionem gerebant.* Cum itaque atteſtante Per-Illuſtri Barone de LYNCKER *in Diſſertat. de Superiorit. Territ. pag. 11.* Caroli M. tempore Majeſtas Imperatoria ſuppreſſis Principum viribus ad ſummum apicem & plenitudinem jurium pervenerat, aliter evenire non potuit, quam quod Procerum Germaniæ jura dependentia fuere & valde exigua; uti hoc ulterius deducit **Friederich Leutholff von Franckenberg** in ſeinem Europäiſchen Herold *p. I. p. 175.* cujus verba ſunt; In denen meiſten Teutſchen *Provinzen*/ welche die Oſt-Fränckiſche Könige beherrſcht/ ſind die Herzoge/ Pfaltz Grafen/ Land-Grafen/ Burg-Grafen/Grafen/ Land-Voigte/ und dergleichen Fürſtl. und andere hohe Perſonen/ gröſten Theils die Befehlhabere und Obrigkeiten der Könige und Stände des Reichs geweſen/ welche Ihres guten Adels und ſonderlichen *meriten* halben zu ſolchen *functionen* gelangt/

gelangt/ und zu Kriegs- und Friedens-Zeiten die Ihnen anvertrauten *Civil*- und *militar-chargen*/ bey und außerhalb des Königl. Hofes in denen *Provinzien* verwaltet/ die Königl. *Regalia adminiſtrirt*/ die Gerichtbarkeit verweſet/ dem König in wichtigen Sachen die Regierung derer Reichs-*Provinzien* betreffend/ zu Kriegs und Friedens-Läufften mit Ihrem unterthänigſten Guthachten zu ſtatten kommen/ und andere zur gemeinen Landes-Wohlfarth gereichige Sachen zu verrichten gehabt. Woraus dann leicht abzunehmen/ daß denen/ welche nicht etwa beſondere Gerechtſame vor ſich vorzüglicher weiß gehabt/ keine Gewalt zugeſtanden/ denen Käyſerlichen Unterthanen einige Schatzung/ Steur/ Geboth oder Verboth/ ohne des Königs Befehl aufzubürden/ ſondern daß Sie ſich nach der vorgeſchriebenen Maaß Ihrer Befehlhabung richten/ und des Königl. Hofes Winck erwarten müſſen. Ihr Unterhalt beſtunde in der Nutzung ein und anderer Land-Güther/ Fiſchereyen/ Wälder u. d. g. Wovon Sie Ihrem Stand gemäß gar füglich leben konnten/ wozu die Verehrungen/ welche die Unterthanen zu gewiſſen Zeiten des Jahrs/ von ihren erbauten Früchten und Vieh nach ihrem Vermögen brachten/ ein erkleckliches beytrügen; Bey denen *Ducatibus* oder Hertzogthümern war das *Generalat* vom Kriegs-Weſen/ wie ſolches von alten Zeiten her in Teutſchen Landen üblich/ aber ſonder *jurisdiction* und Bothmäßigkeit; die Grafen hatten ihr Werck bey denen Rechts-Sachen und der Gerichtbarkeit im Lande oder der Gow/ wie die Pfaltz-Grafen bey dem Hof des Königs und in Hof-Gerichts-Sachen. Von Marck-Grafen wuſte man

 nichts

nichts bey denen erſten Zeiten des Teutſchen Käyſerthums. Pluribus hæc declarant B. STRUVIUS *Syntag. Jur. Feud. pag. 17. n. 3.* conf. SCHWEDER. *in j. publ. p. ſpec. cap. X. §. 6. HERTIUS in Diſſert. de Sup. Territ. §. 5. TITIUS in ſpecim. Jur. publ. lib. I. cap. IV. §. 19.* aliique jam allegati.

## §. XIV.

Cum itaque originem Superioritatis territorialis poſt extinctam demum in Germania ſtirpem Carolingicam quærendam eſſe, omnino certum ſit, nunc porro conſiderandum eſt, quonam tandem tempore, illa præcipue fuerit orta? De hoc autem jam jam dictum, non uno tempore, ſed ſenſim eandem fuiſſe natam. Primam equidem ad obtinendam libertatem Statibus occaſionem præbuit Conradi I. Germanorum Regis electio. Nam cum Germani Seculo X. relicta ſtirpe Carolingica, quæ apud Francos adhuc ſupererat, ex ipſorum gente, Conrado, Franconiæ Duci, regnum deferrent, cæteri Duces Germaniæ illi, qui ejusdem cum ipſis erat dignitatis, obſequium denegarunt; Inde orta diſſidia, orta bella civilia, quibus componendis cum Conradus I. par non eſſet, propriam hereditariamque poteſtatem ſub nexu vaſallitico illis concedere neceſſum habuit. Teſtatur illud, multisque exemplis confirmat MYLERUS *d. tr. cap. IX. §. 1. & 2.* dicens: *Imperio Romano à Caroli poſteritate ex linea defectu avulſo; ac à Francis ad Saxones ad familiam Ottonicam translato, de quo Gryphiander in tr. de Weichbildis cap. 25. n. 14. ac hiſtorici paſſim: Ducatus, Comitatus, cæteraque Imperii dignitates, pedetentim creſcebant*

ac

*ac ex communi hiſtoricorum relatione, poſt mortem Ludovici III. filii, Arnulphi ſub Conrado I. & Ottonibus Imperatoribus, Ducatus, Marchionatus & Comitatus iſti hereditario jure paſſim ad poſteros tranſire cœperunt.* Primus, qui propriam in terra ſua exercebat poteſtatem, erat Henricus, Dux Saxoniæ, cognomine auceps, quippe qui teſte WITTIKINDO *ann. lib. I. p. 634.* primus libera poteſtate in Saxonia regnavit; Cum paulo ante de Brunone dixerat, quod adminiſtraret Ducatum Saxoniæ. Eadem de Burcardo, Alemanniæ Duce, tradit ECKARDUS Junior *de Caſ. S. Galli cap. I.* Poſtquam enim monuiſſet Sueviam olim fiſco regio peculiariter paruiſſe, ſubjungit: *Sueviæ principum aſſenſu ſtatuitur Alemannis Dux primus Burchardus, gentis illius nobiliſſimus & virtutum dote probatiſſimus, cui & prædia damnatorum confiſcata in beneficium ſunt tradita.* De Arnolpho Bavariæ Duce idem tradit HERMANNUS CONTRACTUS, atque alii. Omnes conjungit SIGEBERTUS GEMBLACENSIS, ad ann. 914. dum ait: *Contra Conradum potentiores regni Principes rebellionem meditati, Arnoldus de Bojaria, Burcardus de Suevia, Everhardus de Francia, Gilbertus de Lotharingia & horum omnium præcellentior Henricus de Saxonia & Thuringia,* & qui hunc ſequitur LIUTPRANDUS *L. II. c. 7.* ut & LEHMANN. *lib. 2. c. 16.* Cui accedit Friederich Leutholff von Franckenberg: quando ait: Und iſt ſonderlich zu denen Zeiten Käyſer *Carls* des Einfältigen/ und Käyſer Ludwigs des *IV.* die Hoheit der Stände zu mehrerm Wachsthum kommen/ wie dann 5. mächtige Herzogthümer das Beyeriſche/ Schwäbiſche/ Fränckiſche/

Lotha-

Lotharingiſche und Sächſiſche damahls ſchon A. C. 914. gezehlet worden/ welche denen Käyſern offtmahls viel verdrießliche Händel gemacht; allermaßen dann inſonderheit von Käyſer *Conrad*en *I.* bekandt/ wie Er ſich von Hertzog Arnolden in Beyern / Hertzog Eberharden in Francken/ Hertzog Burckharden in Schwaben/ gewaltig umtreiben laſſen müſſen/ ehe Er ſie zu behöriger Schuldigkeit und *devotion* gebracht hat. Mit Hertzog Heinrichen von Sachſen aber wolte es Ihm nicht alſo gelingen/ welches Ihn auch bewogen/ daß Er aus einem Wiederwärtigen ſeiner *Famille* einen Freund zu machen/ und das Reich beſſer zuverſorgen/ auch alle Mißverſtändnüſſe und Blutſtürtzungen abzuwenden/ ſelbigen auf ſeinem Tod-Bette denen Reichs-Ständen zur Crone vorſchlug/ und zugleich verhinderte/ nicht daß Er wegen allzu groſſer Macht verleitet werden möchte/ ſich vom Reich gantz und gar abzuſondern/ und ſeinen Staat *en ſouverain* vor ſich zuführen. Nec prætereunda hic ſunt verba LEHMANNI *Lib. II. cap. 47. pag. 207.* Chronici Spirenſis: *Gisbertus* der Hertzog in Lothringen/ Hertzog *Arnulphus* zu Beyern/ und Hertzog Heinrich zu Saxen und Düringen/ deſſen Vatter Hertzog *Otto*, kurtz nach der Wahl Königs *Conradi* abgeſchieden/ haben das ſchlechte Vermögen Königs *Cunradi* in acht genommen/ und ihre Gedancken auf Erlangung freyen vollkommenen Gewalts und erblichen eigenen Regierung gericht / der Erfolg und Ausgang der Sachen gibts zuerkennen/ daß dergleichen nachgetracht ſey worden. Et paulo poſt: Als König *Conradus* inmaßen ſeine Vorfahren am Teutſchen Reich/ die Regierung angetretten / und der

Her-

Hertzogen Gewalt nach des Reichs Ordnung beſtellt und *regul*irt haben wollen/ ſeynd dieſelbe ſchwürig und *rebell*iſch worden/ zu öffentlichem Krieg wieder ihren König erwachſen/ und ſich mit dem Schwerdt ihre Herzogthum nicht allein erblich und eigenthumlich für ſich und ihre Erben zuerſtreiten/ ſondern ein ieglicher als ein König im Königreich in ſeinem Land zu regieren vorgenommen. Hos igitur progreſſu temporis alii Duces, Comitesque potentiores facti, nec adminiſtratoria poteſtate contenti ſequebantur, ſibique liberius imperium, ſolo manente fidelitatis nexu, ſumſere, idque ad deſcendentes & poſteros ſuos hereditario ac proprio jure tranſtulere. vid. STRUV. *Syntag. Juris Feud. cap. I. pag. 17. n. 3. SCHWEDER. p. ſpec. ſect. II. cap. X. §. 6. & DD. ap. illos citatos.* Ita tamen ut ſeculares principes majori potentia & jure hereditario nixi citius ea jura adquirerent, ſerius eccleſiaſtici, complementum autem tum acceſſerit, cum Advocati aut Præfecti urbium ab Imperatoribus conſtituti deſinerent. HERTIVS *de ſuper. territ. §. 5. & de origine & incrementis ſpecialium German. Rerumpublicarum.* Neque tamen negandum, periculoſa interregni tempora plurimum attuliſſe ad acquirendam ſuperioritatem territorialem, dum decreſcente per Friderici II. mortem Imperatorum auctoritate, facile eſſet Principibus, pleraque territorii jura ab Imperatoribus olim exercita, ſibi vindicare. Licet autem Rudolphus Habsburgicus de reſtituenda Majeſtate imperatoria admodum laboraret, nihil tamen firmatis jam Statuum juribus proficiebat. BENJAMIN LEVBERVS quidem *de Sta-*

*pula Saxon. diſquiſ. n. 96.* contendit; Rudolphum, ut animos Procerum ſibi conciliaret, iis regalia hucusque occupata confirmaſſe; Verum hoc non tam confirmatio fuit, quam tacita potius tolerantia.

§. XV.

Horum Ducum, Comitumque exemplum ſecutæ etiam ſunt Civitates imperiales; De quarum origine & progreſſu, ut & conditione antiqua vid. KNIPSCHILD *de jure civit. Imper. lib. I. c. 5. n. 25. & ſqq. HERMANN. CONRING. de Civit. German. orig. MYLERUS* ab Ehrenbach *in Archol. cap. 17. §. 1. ſqq.* Licet enim has olim per Præfectos imperiales, ſeu perpetuos Imperii vicarios, Germanice durch Reichs-Vögte/Reichs-Schultheißen und Reichs-Ammann/ ad conſervationem jurium imperialium & celſitudinis imperatoriæ, gubernatas fuiſſe conſtet; vid. MYLERUS *d. tr. cap. 21. §. 1. ſqq. LEHMANN. in chron. Spir. lib. 4. cap. 2. & 18.* Certum tamen eſt, eas ſucceſſu temporis, cum Præfecti illi poteſtate ſua abuterentur, tam per bene merita erga Imperium, accedente deſuper clementia Imperatorum, quam per alios modos legitimos, à dura hac conditione ac oneroſo Præfectorum jugo ſenſim ſeſe liberaſſe, atque ſic libertatem plenam acquiſiviſſe. vid. KNIPSCHILD. *p. 1055.* DAN. HEIDERI Bericht von denen alten Reichs-Voigteyen. Cui conſentit MYLERUS *in Archol. ord. Imp. cap. 22. §. 1.* dicens: *Cæterum Civitates imperii, ex hiſce & aliis rationibus motæ, ad exemplum Principum, aliorumque Statuum imperii, variis modis ſeſe à regimine, & onere advocatorum civicorum liberarunt, ac inſuper imperialia apud illos adhuc*

*huc reliqua bona & regalia, veluti vectigalia, monetas, collectas & ſimilia jura, quovis titulo, jure dominii acquiſiverunt, vel per oppignorationem, remota omni reluitione, obtinuerunt;* Id quod confirmat SPEIDEL. *in annot. ad Beſold. Theſaur. pract. lit. R. verb.* Reichs-Stätt 37. Alſo daß endlich auch die Reichs-Stätt (circa annum Chriſti 1400.) durch Verdienſt gegen dem Heil. Röm. Reich/ durch *liberali*tät und *connivenz* der Käyſer/ durch Tauſch/ Kauf- und Schenckungen/ durch ſtillſchweigende langwürige *alluvion*, ſich von denen Reichs-Vögten und dero Beſchwernüßen loßgewürcket/ und Ihre Lands-Obrigkeit/ in Ihrem *territorio* auch endlich erworben haben. Et *Beatus Rhenanus lib. II. rerum German. rubr. Status Imper. ſub Saxon. fol. 96.* Gleicherweiß wie die Käyſer in Teutſchland die Fürſten und Herren hoch erhaben; Alſo haben ſie auch nachmahls aus ſonderbahrer Gunſt und Guthätigkeit/ gefreyet die alte Stätte des Reichs/ Thäler und Flecken/ denenſelben eigene Regierung vergönnet; desgleichen einen mercklichen Theil der Zöllen/ Umgelds und anderen Gefällen/ Ihnen zugeſtellt. conf. LEHMANN. *in Chron. Spirenſ. lib. IV. cap. 3.* ubi inter alia hæc verba inprimis notanda ſunt: Daher ſagt Käyſers *Sigismundi Reformation anno 1436.* im *10. Cap.* da wurden die Heil. Reichs-Stätte gefreyet und geordnet/ darum ſtehen ſie geſchrieben Heylig/ dann Ihnen ward empfohlen alles Recht und Göttliche Seeligkeit/ und war die Chriſtenheit durch ſie geſtärcket/ und wurden Ihnen geiſtliche und weltliche Recht empfohlen/ als dem Käyſer das Reich/ als ſie noch bey Tag dem Heil. Reich

verbunden ſeyn/ bey Eyden und Ehren zu thun. It. im 3. *cap.* des erſten Buchs angeregter *Reformation* ſteht alſo: Ihr Würdige Reichs-Stätte/ ſo man alle Welt rechnet/ ſo ſeyd ihr doch die Glieder/ die an dem Göttl. Recht nicht weichen ſollen: Ihr habt Eure Freyheit von der Chriſtenheit: Ihr ſeyd des Heil. Glaubens Beſchirmer/ rechte Vöigte: Atque ex his per ſe pateſcit, Civitatibus imperialibus omnimodam jurisdictionem, tam in ſecularibus quam eccleſiaſticis conceſſam eſſe, adeoque illas eadem jura, quæ alii Status potentiores exercent, ſemper in territorio ſuo exercere poſſe. Und deshalben haben weder Fürſten und Herren ab denen Stätten/ noch dagegen die Stätte/ und Reichs-Thäler ob denen Fürſten und Herren nichts zu beklagen. Dann alles ſo beyde Theil haben/ kömt aus ſönderer Gnad und Mildigkeit der Käyſer und Könige her/ optime id annotante CHRISTOPHORO LEHMANNO *in Chronico Spirenſ. lib. IV. cap. I. fol. m. 270.* vid. MYLERVS *in Archol. cap. 21. §. 3.*

§. XVI.

Quonam autem tempore ſublimiora iſta jura ſeu Superioritas territorialis Civitatibus imperialibus conceſſa fuerint, adeo clarum evidensque non eſt, ſed quod de Principum aliorumque potentiorum Statuum acquiſita poteſtate abſoluta jam jam monitum fuit, id & hoc loco repetendum eſſe cenſeo, cum Civitates imperiales ad hoc honoris faſtigium etiam pedetentim & ſenſim pervenerint. Quantum vero ex principiis hiſtoricis colligere licet, dicendum eſt, originem Superioritatis territorialis Civitatum imperialium poſt

Otto-

Ottonum demum tempora & ſic longo intervallo poſt Duces, Principes aliosque Imperii Status quærendam eſſe. vid. MYLERVS *in Archol. ord. Imp.* qui ex WVRSTISII *Chron. Baſil. lib. II. cap. 11. fol. 96.* aliisque rerum geſtarum peritis ſcriptoribus rem ita proponit: Nach denen Zeiten Käyſers *Ottonis III.* ſeynd die Stätte ſo nach dem Käyſer / als ein Oberhaupt / keine beſondere Fürſten gehabt / etliche zu Frey-Stätt worden. Nachdem die Käyſere / ein oder anderer Statt wohl gewolt / Ihnen irgend die Zoll / und andere Rechtungen zu kauffen geben / und Ihnen allein zu Erhaltung Käyſerl. Hoheit Reichs-Vögte verordnet. Eandem ſententiam fovet quoque LEHMANN. *in Chron. Spir. lib. IV. cap. 3. in pr.* zu Zeiten der Fränckiſchen Käyſer und König iſt keine Reichs-Statt frey geweſen / viel weniger die Reichs-Flecken oder Dörffer / ſondern die Befreyung der Stätte hat ihren Anfang vornehmlich nach der *Ottonen* Regierung / von welchen und ihren Nachkommen am Reich / der Fürſten / Grafen und Herren und der Stätte Freyheit entſproßen und zugenommen. Alii originem libertatis Henrico IV. alii Friderico II. & ſic porro, adſcribunt, quod utrumque procedere poteſt, cum Imperatores ſæpisſime Civitates ob fideliter præſtita auxilia contra hoſtes ſuos libertate donarint; cujus clarisſimum exemplum exhibet modo citatus LEHMANN. *d. l. fol. 280.* hisce verbis: Als die hochſchädliche Spaltungen und Krieg im Reich / zwiſchen Käyſer Heinrich dem Vierten an einem / und denen Biſchoffen und Herzogen in Sachſen / Beyern / Schwaben am anderen Theil angezündet / und daraus

langwürige groſſe Kriege entſtanden/ zeugen die *hiſtorici Alb. Stad. Helmoldus Chronic. ſcl. l. I. cap. 28.* daß die Stätt am Rheinſtrohm ſich inſonders gegen dem beläſtigten Käyſer getreu und behülfflich gehalten/ da hingegen die weltlichen Fürſten den freyen eigenen Fürſtl. Gewalt/ den ſie von ſeinen Vorfahren am Käyſerthum empfangen/ desgleichen die Biſchöffe ihre Macht wieder den Käyſer und andere verwendt und mißbraucht haben: Solche aufrechte unterthänigſte Hülff/ Huld/ Treu und Beyſtand der Stätte/ haben die Könige und Käyſer behertziget/ und dem Reich und Ihren Nachfolgern an denſelben/ inſonders fürträglich/ nutz/ gedeylich/ und zu Erhaltung Ihrer Käyſerl. Hoheit gemäß erachtet/ ſo Sie die Stätt gleicher Geſtalt/ als die Fürſten/ aller Freyheit der Regierung theilhafftig machten/ haben auch ſolch ihr Vorhaben auf allgemeinen Reichs-Verſammlungen den Fürſten und Ständen des Reichs eröffnet/ und mit derſelben *conſens* und Bewilligung die Biſchöffliche Reichs-Stätte/ als Cölln / Mäyntz / Wormbs/ Speyer / Straßburg/ Baſel und andere Stätte am Rhein/ erſtlich der erſten Eigenſchafft/ deren ſie zuvor unterworffen geweſen/ nehmlich der Regierung der Hertzogen/ Grafen und *Præfectorum*, oder die derſelben ſtatt und Verwaltung getragen/ allerdings ledig gezehlt/ alſo daß ſie keinen Obern oder Herrn in weltlicher Regierung erkennen und wiſſen/ dann die Käyſerl. Majeſt. das obriſte Haupt des gantzen Reichs/ und aller derſelben zugehörige Stände und Glieder. Et ſic Civitates imperiales libertatem ſuam non uno eodemque, ſed diverſo plane tempore, modo ab hoc modo ab illo Impera-

peratore obtinuerunt, licet non negandum, quod ſub uno aut altero Imperatore earum numerus, ſtatu illorum temporum id ita requirente, ſæpius fuerit auctus.

§. XVII.

Quod ſi quis occaſiones, quæ Civitatibus imperialibus hanc prærogativam attulerunt, conſideret, deprehendet præcipue, illas in magnis Germaniæ fœderibus, & turbulentis illis temporibus, quæ interregni tempore fuerunt, eſſe quærendas. Inter extantiora autem Germaniæ fœdera, inprimis refertur celebre illud, quod potiores Germaniæ Civitates inierunt, Hanſeaticum dictum, quippe per hoc Civitates auctoritate, potentia & divitiis ita creſcebant, ut exinde haud minima libertatis incrementa fuerint conſecutæ. Accedebat interregni & diſſidiorum inteſtinorum ratio, qua plures adhuc Civitates libertatem ſuam & ſuperioritatem territorialem acquiſivere vid. MYLERUS *in Archol. ord. Imper. cap. 17. §. 11.*

§. XVIII.

Speciatim hic notandum eſt, quod rerum Germanicarum veteres ſcriptores de libertate almæ meæ patriæ, Civitatis nempe Ulmenſis, memoriæ tradiderunt: ſcilicet, Ulmam quondam Caroli M. *regalem villam* appellatam, ab illo, pro animæ ſuæ ac parentum ſuorum remedio, monaſterio Richenavienſi conceſſam; ſed ſucceſſu temporis, imperante Ludovico Bavaro, ab hujus monaſterii jugo, ſolutis in hunc finem pecuniis, liberatam, verum monachis nondum acquieſcentibus, Ulmenſium jura à Ludovico Bavaro

con-

conceſſa, per Carolum IV. fuiſſe confirmata, donec tandem, poſtquam cives multa à monachis erant perpeſſi, magno ære pleniſſimam acceperit libertatem. vid. MüNSTERVS *lib. III.* & CRVSIVS *annal. p. 3. l. 4. c. 15.* cujus verba huc omnino referri merentur: *A Ludovico Bavaro impetraverunt Ulmenſes, ut ſolverentur jugo Divitaugienſis monaſterii. Itaque deinde ipſi ſibi ſenatum, conſules & tribunos plebis, poteſtate à Cæſare accepta, fecerunt, ann. circ. 1346. ita ſe tunc fere omnino in libertatem à Richenavienſi Abbate vindicârunt. Adhuc tamen monachis eos infeſtantibus, Carolus IV. poſtea eis privilegia Ludovici confirmavit. Nondum vexare deſinentibus clauſtralibus, in concilio Conſtantienſi & Baſilienſi tandem Fridericus III. Ulmam omnino liberavit, cum ea monachis dedit grandem pecuniam.* Cui jungendus FELIX FABER *lib. 2. Hiſtor. Suev. cap. 2. p. 236.* ita ſcribens: *Sic ergo Ulmenſes longo tempore ſub jugo monachorum & regimine eorum degebant, eosque tanquam dominos ſuos recognoſcebant, & miniſtri eorum voluntarii erant, quamdiu monachi miniſtri Dei devoti manſernut. Tandem autem religione tepeſcente, tepuit in Ulmenſibus amor & affectus ac obedientia ad monachos illos. Videbant enim, quod de bonis illorum nutriebatur ſuperbia cum multorum ſcandalo.* conf. KNIPSCHILD. *de jure Civit. Imp. lib. I. c. 6. n. 20. & lib. III. cap. 44. n. 11. LEHMANN. CHRON. SPIR. lib. 4. c. 4. fol. 287.* ibique alleg.

## §. XIX.

Quo dautemin ſuperioribus §§. de origine acquiſitæ ſuperioritatis territorialis Statuum Imperii dictum

dictum fuit, non ita intelligendum venit, quaſi ſub hac conceſſa poteſtate propria, ſimul etiam omnia jura, quæ hodie à Statibus exercentur, fuerint tributa; deſtituebantur enim illi olim jure belli & pacis, jure legum condendarum, jure tributorum, quippe quæ Statibus imperii ſenſim per bella inteſtina accrevêre. Hac de re bene diſſerit **Friedr. Leutholff von Franckenberg** in ſeinem Europäiſchen Herold *p. I. pag. 176.* quando ait: Wie wohl alle und iede Fürſten / Grafen und Herren nicht alle gleich ſo hoch *regal*irt worden/ſondern viele ihre Macht und völlige Hoheit allmählich und unter der Hand nach dem Exempel der anderen an ſich gezogen/ wozu die mehrmahlige innerliche Trennungen im Reich/ die Päbſtl. *Intriques*, die Veränderungen der Käyſerl. *Famil*ien/ der Käyſer Ohnmacht/ die öfftern *interregna*, bevoraus der auf dem Reichs-Tag zu Quedlinburg *anno 1270.* beſchloſſene Land-Frieden/ und dann endlich der groſſe Reichs-Tag zu Worms *anno 1495.* viel geholffen; und wann ſich gleich dieſer oder jener mächtige Käyſer in der Vorfahren *auctori*tät und *Reſpect* wieder geſetzt/ die Stände ſich auch hernach anſchicken und ſeiner Majeſtät mehr Unterthänigkeit erweiſen müſſen/ hat es doch nicht lange gewähret/ ſondern wegen eingeſtreuter vieler Hindernüße und Zurückziehung der Schuldigkeit ſich offtmahls noch bey Lebzeiten eines ſolchen Oberhaupts oder wenigſtens nach deſſen Tod bey dem eingebrochenen *interregno* der *Reſpect* nicht wenig wieder verringert/ und die Sache in anderen Stand geſetzt/ nach und nach aber die Stände zu Käyſere ihrer Lande worden. Maxima autem horum jurium privi-

legiorumque Statibus imperialibus competentium incrementa Smalcaldico & ſubſecuto illo fatali tricennali bello attribuenda ſunt; Eo enim ipſo, quo Status imperii contra Imperatorem arma capeſſebant, vindicabant ſibi ſimul jus armorum, aliaque inſignia jura, quæ, cum antea in nuda obſervantia conſiſtebant, poſtea inſtrumento pacis Weſtphalicæ, utpote lege publica, confirmata fuêre: Hinc origo ſuperioritatis territorialis ad Conradum I. incrementum ad turbas Germaniæ, & ſupplementum ad tabulas pacis Weſtphalicæ referenda ſunt. vid. MYLER. ab Ehrenbach in arch. ord. Imp. per totum. Per-Illuſtris Baro de LYNCKER in *Diſſert. de Superiot. Territ.*

§. XX.

Hæc de Superioritatis territorialis origine, progreſſu, & præcipuis, quæ Statibus imperii competunt, incrementis. Progredimur nunc ad ejus potiora jura ſeu partes potentiales, uti alias vocantur. Conſiſtunt autem illa in ipſo poſt Imperatorem ſummo poteſtatis jure. Hinc evenit, ut domini territoriorum Imperatoris perſonam in proprio territorio repræſentent; SCHWEDER. *p. ſpec. Sect. II. cap. XI.* §. 14. & ideo poteſtas Statuum, ſummæ poteſtatis ſeu Majeſtatis æmula dicitur. *v.* §. 8. Sed propterea jura iſta ſublimiora non confundenda ſunt cum Regalibus: hæc enim ex parte mediati quoque vaſalli, ſalva aliorum Statuum in illos manente Superioritate territoriali, exercere poſſunt. vid. latius KNIPSCHILD *de jur. Civit. Imper. l. 1. cap. 12. n. 123. & ſq. & l. 2. c. 5. n. 59. HERTIVS de Super. Territ.* §. 8. nec cum Reſervatis cæſareis, quia

hæc

hæc Imperatori ſoli & uni, in ſignum Superioritatis ſupremæ, in toto imperio competunt exercenda. KNIPSCHILD *d. l. 2. cap. 5. n. 61. & VITRIARIUS Illuſtratus lib. III. tit. II. §. 4.* Et his juribus territorialibus Status tantummodo imperii, non vero alii immediati, licet terras ſatis amplas habeant, ut Nobilitas immediata, gaudent. Per-Illuſtris Baro de LYNCKER *in diſſert. de Super. territ. pag. 16.*

§. XXI.

Verſantur autem jura iſta vel circa negotia ſacra, vel circa negotia profana: ad negotia ſacra ſpectat potiſſimum cura ſacrorum, ſummaque in eccleſiaſticis ſtatuendi poteſtas, quæ iterum vel circa res ſacras, vel circa res eccleſiaſticas ſe ſe exerit. Ad res ſacras referuntur ea, quæ ipſa dogmata atque religionem concernunt; ut jus inquirendi in veritatem religionis: jus proſpiciendi quo alii in probata religione probe educentur; jus ordinandi Liturgiam; jus reformandi, niſi pacta obſtent: jus diſponendi & ſtatuendi circa res adiaphoras &c. Res vero eccleſiaſticæ continent ea, quæ ad conſervationem eccleſiarum pariter & ſcholarum conducunt, utpote jus ordinandi res eccleſiaſticas: jus patronatus: jus inſtituendi conſiſtoria eccleſiaſtica; jus conſtituendi & removendi clericos; jus inſtituendi viſitationes: jus indicandi ſynodos provinciales: jus confirmandi miniſtros eccleſiæ; jus erigendi ſcholas: jus decidendi controverſias eccleſiaſticas: jus protegendi in cauſa religionis: jus conferendi beneficia eccleſiaſtica: jus diſpenſandi circa matrimonialia: jus collectandi clericos &c. conf. Per-Illuſtris

Baro de LYNCER *in diſſert. de Superiorit. Territ. pag. 25.* HERTIVS *in diſſert. de ead. materia* §. 13. SCHWEDER. *p. ſpec. Sect. II. cap. XII.* KNIPSCHILD *lib. II. cap. III. n. 52. ſqq. & lib. II. cap. V. n. 127.* TITIVS *in ſpecim. jur. publ.* §. 22. *ſqq. & in Diſſert. de Habitu territoriorum Germanicorum* §. 43. *ſqq.* Friedrich Leutholff von Franckenberg im Europäiſchen Herold *p. I. pag. 167.* MINGIVS *in concluſ. inaug. concl. 61. & ſqq.*

§. XXII.

Notandum hic eſt, quod Auguſtanæ religioni addicti Status modo recenſita jura ſacrorum vi transactionis Paſſavienſis & ſubſecutæ pacificationis religioſæ, per inſtrumentum pacis Weſtphalicæ illis ſpeciatim confirmatæ, ſoli ſub Superioritatis ſacræ nomine præ cæteris Statibus catholicis exerceant; Et licet eadem jura epiſcopalia vigore Superioritatis territorialis etiam ad catholicos Principes extendenda eſſent: juxta tritum illud: *Cujus eſt regio, illius eſt religio*; tamen illi curam circa Sacra, ipſis de jure competentem, Papæ potius atque Epiſcopis relinquere maluerunt. Hoc autem jus Sacrorum poteſtati civili annexum eſſe, comprobat non Sacra tantum pagina, exemplo Joſaphat, Davidis, Salomonis, Joſiæ &c. vid. MINGIVS *concl. 59.* & exemplo Imperatorum Conſtantini M. Caroli M. ut & ſubſequentium, ſed leges quoque & conſtitutiones civiles paſſim. Cum enim ſine religione nulla juſtitia, nulla honeſtas, nulla diſciplina, imo nec ſocietas hominum ipſa, atteſtante D. LACTANTIO, *lib. de ira Dei c. 12.* conſiſtere poteſt, quid mirum quod Imperantibus ſumma in

Sacris

Sacris poteſtas ſemper & ubique fuerit attributa. Teſtatur id R. A. *d. anno 1532. tit. Concilium* betreffend/ *in fin. princ.* darneben erfolgen würde/ daß alle Zucht/ Ehr/ Gehorſam und andere Tugenden in Geiſt- und Weltlichen gäntzlich fallen werde: *& de anno 1566.* §. Wiewohl wir nun auf ꝛc. Hoc ipſum vero ad Majeſtatis & Statuum curam pertinere atque vigilantiam, nemo inficias ibit. vid. R. A. zu Speyer *d. anno 1544* §. erſtlich der Streitigen: ibi: Inmaßen dann Wir in Krafft Unſers obliegenden Käyſerl. Amts zu befördern ſchuldig. & quæ ſunt conſtitutiones aliæ, in quibus Imperatores, der gantzen Chriſtenheit advocati ſupremi nec non præfecti, obriſte Vöigte des Chriſtlichen Glaubens vocantur. Imo veteres Germaniæ mores hoc in paſſu nihil aliud diſponunt, ſed potius contrarium declarant, prout Schilterus eruditiſſimo tractatu de libertate eccleſiarum Germaniæ demonſtravit. Seculo vero undecimo, excedente limites ſuos poteſtate papali, factum, ut Imperatores per multa bella aliasque machinationibus papalibus commotas ſeditiones coacti, ſacrorum poteſtati pedetentim renunciarent; Quorum exemplum alii quoque Principes ſeculares ſecuti ſunt, donec tandem res eo devenit, ut pauca adhuc veſtigia jurium ſacrorum Principibus Germaniæ catholicis hodie ſuperſint.

§. XXIII.

Negotia profana quod concernit, diſpeſci illa melioris ordinis ergo cum Dn. SCHVVEDER. *in jur. publ. ſect. II. cap. XIII.* poſſunt in 3 claſſes, juſtitiariorum nempe, gratioſorum & utilium. Ad I. claſ-

claſſem ſpectat præcipue jus recipiendi homagium, jus avocandi ſubditos, jus condendi leges & Statuta, jus publicandi edicta, mandata & inhibitiones, jus dandi reſcripta, jus conſtituendi menſuras & pondera, jus dirigendi rem annonariam, jus inſtituendi & deponendi magiſtratum, jus erigendi tribunalia juſtitiæ, jus inſtituendi conventus provinciales, jus avocandi cauſas ſubditorum à judice inferiore, jus archivi, jurisdictio omnimoda, jus indicendi diætas provinciales, jus inſtituendi viſitationes provinciales &c. In II. claſſe continentur jus dandi privilegia, jus concedendi litteras moratorias, jus conſtituendi Aſyli, jus aggratiandi, decumandi, jus recipiendi Judæos, jus conducendi per vias publicas, jus reſtituendi famam, jus legitimandi ſpurios, jus viarum publicarum, jus concedendi veniam ætatis, jus repreſſaliorum, jus confirmandi collegia opificum, eorumque Statuta, jus concedendi ſalvum conductum, jus inſtituendi nundinas &c. III. claſſis comprehendit jus exigendi gabellas, aliasque contributiones, jus cudendi monetas, jus detractus, jus fluminum publicorum, metallifodinarum, piſcandi & venandi, jus exigendi præſtationes angariarum & parangariarum, jus molendinorum, jus poſtarum curſusque publici, & quæ ſunt ſimilia. vid. Per-Illuſtris Baro de LYNCKER in ſæpe allegata doctisſima Diſſertatione *de Sup. Territ. pag. 25. ſq. HERTIUS in Diſſ. de ead. mat.* §. 13. *& ſqq. VITRIARIUS ILLUSTRATUS lib. III. tit.* 17. per totum: KNIPSCHILD *lib. II. cap. IV. n. 68. & multis ſqq. SCHWED. in jur. publ. p. ſpec. Sect. II. cap. XI. & XIII. TITIUS in ſpecim. jur. publ. lib. III. cap. V.* §. *11.*

§. 11. & ſqq. & in Diſſert. de habitu territ. Germanic. §. 39. & ſqq. Friederich Leutholff von Franckenberg im Europäiſchen Herold p. I. pag. 167. & ſqq. MINGIUS in concluſ. 64. & ſqq.

§. XXIV.

Hucusque recenſita fuêre negotia pacis politica; Nunc etiam paucis dicendum erit de belli negotiis, ad hæc autem referuntur inprimis jus mittendi legatos, jus fœderum pangendorum, jus belli & armorum, jus conſcribendorum militum, jus eos luſtrandi, jus ſequelæ, jus muniendi arces & extruendi fortalitia, jus aperturæ, jus habendi armamentaria publica, & inſtituendi fabricas armorum, jus ſubditis armorum uſum atque exercitium injungendi &c. vid. SCHWEDER. in jure publ. p. ſpec. ſect. II. cap. XVI. & cit. DD. dd. ll.

§. XXV.

Hæcce igitur & ſimilia ad Superioritatem territorialem pertinentia jura atque privilegia non Ducibus, Principibus & Comitibus tantum, ſed Civitatibus etiam imperialibus omnino competere, hincque ſumma cum injuria à quibusdam malevolis iisdem denegari, docet multisque rationibus confirmat communis tam juris publici, quam rerum Germanicarum peritisſimorum Doctorum & ſcriptorum ſchola. vid. SCHWEDER. p. ſpec. Sect. II. cap. IX. §. 3. MYLERUS ab Ehrenbach in Archolog. ord. Imper. cap. XXII. §. 5. ſqq. PFEFFINGERI Vitriarius Illuſtratus lib. III. tit. 15. §. 13. Friederich Leutholff von Franckenberg im Europäiſchen Herold p. I. pap. 178. 189. 737. & 738. KNIPSCHILD.

de

*de jure Civitat. Imp. lib. II. cap. IV. n. 7. & ſqq. ibique DD.* Quorum, utpote magis receptam atque in jure publico Imperii noſtri optime fundatam ſententiam confirmat inſtrumenti pacis Weſtphalicæ articulus 8. hiſce clarisſimis verbis: *Tam in univerſalibus vero, quam particularibus diætis, liberis imperii Civitatibus, non minus, quam cæteris Statibus Imperii competat votum deciſivum, iisque rata & intacta maneant regalia, vectigalia, reditus annui, libertates, privilegia confiſcandi, collectandi & inde dependentia aliaque jura ab Imperatore & Imperio legitime impetrata vel longo uſu ante hos motus obtenta, poſſeſſa & exercita, cum omnimoda jurisdictione intra muros & in territorio.* Et hæc illis per pragmaticam hanc Imperii ſanctionem conceſſa magna jura & privilegia ſemper & ubique in terris ſuis libere exercuiſſe, & adhuc dum exercere, quotidiana docet experientia. *DD. dd. ll.*

## §. XXVI.

Supervacaneum puto, multis declarare, hæc jura fere ſingula ab Imperii Civitatibus legitime exerceri, cum ſatis hoc ſit in propatulo. Jura ſane reformandi illas ſemper exercuiſſe integra, teſtatur Reformationis hiſtoria. Utuntur quoque jure eccleſiaſtico & Conſiſtoriorum; Eadem porro ratione ac Principes leges condunt, tributa imponunt, magiſtratus conſtituunt; jus belli & pacis ipſis competere teſtatur hiſtoria bellorum Germaniæ, præ cæteris autem hiſtoria belli à Civitatibus quibusdam imperialibus Sec. XV. contra Albertum Brandenburgicum Electorem & ſocios geſti, de quo CERNITII *Hiſtoria Elect. Branden-*

*denburg. p. 34.* hiſtoria item belli Smalcaldici & tricennalis, immo ipſa bella, quæ noſtra ætas vidit, hæc confirmant. Civitates imperiales libere conſcripſiſſe milites, illis præpoſuiſſe præfectos, caſtra locaſſe & quæ ſunt alia, notius eſt, quam ut probatione indigeat: de jure armandiæ teſtantur munimenta ipſarum urbibus præducta, nec non armamentaria, ſequelæ & alia quæ exercent. De fœderum jure, Rhenanum, Hanſeaticum, Suevicum, Smalcaldicum, Heilbrunnenſe atque alia dubitare nos non ſinunt. Legationum jura vel ipſa comitia, vel aula imperatoria, vel etiam Rysvvicenſis pacis tabulæ, quibus legati Colonienſes, Auguſtani & Francofurtenſes aliis Imperii Statuum legatis ſubſcripſerunt, declarunt. Si quæ ſunt jura, quæ civitatibus quibusdam denegata eſſe videntur, monetæ ſcil. cudendæ & poſtarum, talia ſunt, quæ nulla lege, ſed ſpeciali privilegio ex uſu ſaltim & conſuetudine reliquis Statibus obvenerunt, eodem jure civitatibus nonnullis adquiſita, licet aliæ iisdem deſtituantur, quod nullo tempore illa exercuerint.

§. XXVII.

Immo non iſtis ſolum, quæ Statibus competunt, utuntur juribus, verum etiam peculiaria quædam fuerunt adeptæ & ipſis propria. Conſtat enim Auguſtam Vindelicorum, inter alias præcipuas immunitates & privilegia, gaudere immunitate contra judicia extranea, jure de non appellando, jure monetandi, immunitate à vectigalibus quoad victualia &c. vid. KNIPSCHILD. *de jur. Civit. Imper. lib. I. cap. 3. n. 46. ſqq.* De Civitate Eslinga novimus, quod habeat jus fodina-

rum metallicarum, jus inſtituendi nundinas publicas, judices primæ inſtantiæ, jus de non conveniendo coram extraneis judiciis, privilegium de non appellando &c. v. KNIPSCHILD. *d. tr. lib. III. cap. 13. n. 36. ſqq.* Civitas Francofurtenſis, habet jus muniendi & conſtituendi foſſas, jus cudendi monetas, jus de non appellando, jura fiſcalia, jus de non evocando cives ad duella & judicia extranea, privilegium collectarum, aliarumque contributionum, jus quod extraneis bona immobilia Francoforti emere non ſit permiſſum &c. KNIPSCHILD. *l. III. cap. 14. n. 15. ſqq.* De privilegiis Civitatis Lindaviæ nota ſunt inprimis vectigalia & regalia, jus monetas cudendi, jus patronatus, jus exemtionis à judiciis provincialibus, & ſimilia. vid. KNIPSCHILD. *lib. III. cap. 31. n. 21. ſqq.* Iisdem & quidem multis ac variis immunitatibus proviſa quoque eſt Urbs Norimberga; habet enim illa privilegium in condendis teſtamentis, primæ inſtantiæ, de non appellando, de non recipiendis Judæis, de non extruendis à civitate intra unum milliare munimentis, jus cudendi monetam, de non recipiendo aliquem in civitatem, qui civis eſſe recuſet, jus annullandi decreta & reſcripta, quæ ſunt contra Norimbergenſium privilegia, jus aſſervandi Inſignia Imperii præcipua &c. vid. KNIPSCHILD. *lib. III. cap. 38. n. 52. ſqq.* His porro adjungi poſſunt Aquisgranum, Ratisbona, Rotenburgum ad Tubarim, Civitas Spirenſis aliæque quam plurimæ, quarum immunitates & privilegia latius deducit ſæpe allegatus KNIPSCHILD. *in toto libro III. de jurib. & priv. Civit. Imp.* De his ultimis paucis adhuc

huc monendum, quod utantur jure de non appellando, jure Stapularum, jure vectigalium, jure de non evocando cives ad judicia extranea &c.

§. XXVIII.

Speciatim vero annotanda mihi hic ſunt venerandæ meæ Patriæ, Civitatis Ulmenſis, quædam, quibus præ aliis Civitatibus Imperii fulget, privilegia atque jura, quæ varia ſunt & magna, atque in his fere conſiſtunt. I. Quod cives Ulmenſes ad judicia extranea non poſſint evocari, idque vi privilegii à Carolo IV. *de anno 1359.* illis conceſſi, cujus tenor talis eſt: Wir Carl von GOttes Gnaden/ Römiſcher Käyſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ und König zu Böheim/ bekennen und thun kund öffentlich mit dieſem Brief/ allen denen die ihn ſehen oder hören leſen/ daß Wir angeſehen haben/ die ſtethen und getreue Dienſte/ die Uns und dem Reich/ der Bügermeiſter/ der Rath und die Bürger gemeiniglich der Statt zu Ulm/ Unſer und des Reichs lieben Getreuen/ offt nützlich gethan haben/ und fürbas thun wöllen und mügen in künfftigen Zeiten/ nnd haben Ihnen die Gnade gethan/ und thun auch mit dieſem Brief mit Käyſerl. Macht/ mit rechtem Wiſſen/ und von ſonderlichen Gnaden/ daß niemand Sie alle/ die Bürger und die Statt zu Ulm/ beſammt/ oder ihr ieglichen beſonder/ für keinerley Land Gericht/ oder ſonſt Gericht/ weß die ſeyn/ oder wo die gelegen ſeyn/ oder auch für Unſer und des Reichs Hof-Gericht/ laden/ fürtreiben oder heiſchen ſoll/ um was Sachen das ſey/ ohne allein für Ihren Amann in der Statt zu Ulm/ es wäre dann/ daß dem Kläger recht verſagt/ oder wieder Beſcheidenheit

 ver-

verzogen wurde/ und wer zu ihm beſamt oder beſonder/ icht zu ſprechen hätt/ der ſoll recht von ihm vor dem ehegenandten ihrem Amann nehmen/ in der Statt Ulm. Darum gebieten Wir allen Unſern und des Reichs Unterthanen/ daß niemand wieder ſolche Unſere Gnad thun ſoll/ oder könne in keine weiß/ als lieb ihn ſey/ Unſer und des Reichs Huld zu behalten/ wäre aber/ daß darwieder icht geſchehe; So wollen wir/ daß alle ſolch Ladungen und Gericht kein Krafft noch Macht haben ſollen/ und den ehegenannten Bürgern und der Statt zu Ulm keinen Schaden bringen/ mit Urkund des Briefs verſiegelt/ mit Unſer Käyſerl. Majeſt. Inſiegel/ der geben iſt zu Prag/ nach Chriſti Geburth/ dreyzehenhundert Jahr/ darnach in dem neun- und fünffzigſten Jahr/ an der nechſten Mitwuchen nach *Sanct*-Martins-Tag/ Unſerer Reiche in dem Vierzehenden/ und des Keyſerthums in dem fünfften Jahr.

Per Dn. Mag. Cur.

Jo. Eyſteten.

Quod Privilegium poſtea à Wenceslao *anno 1397.* & ſucceſſoribus Ruperto, *anno 1401.* & Friderico III. *anno 1479.* confirmatum, & ab hoc ultimo ad quoscunque ſubditos Ulmenſes fuit extenſum. Cujus verba in medio ita ſe habent: So *declari*ren/ erklären/ auch ordnen ſetzen und wollen Wir/ aus Röm. Käyſerl. Macht/ Vollkommenheit/ und mit rechtem Wiſſen/ in Krafft dis Briefs/ daß dieſelben Bürgermeiſter/ Rath und Bürger der Statt Ulm/ gemeiniglich und ſammentlich/

lich/ auch all und ieglich ihr Bürger / ſie ſeyen in der Statt/ oder außerhalb der Statt-Maur geſeſſen/ beſonder und darzu alle die / ſo Bürgermeiſter und Rath von gemeiner Statt wegen/ oder ihren Bürgern beſonder/ in was Würden/ Standes oder Weſens die ſeyn/ zu verſprechen ſtehen/ und in künfftigen Zeiten über kurtz oder lang zu verſprechen ſtehen werden/ der obbeſtimmten ihrer Freyheiten/ *Privilegi*en und Beſtettung an allen und ieglichen Land-Gerichten/ und anderen Gerichten / auch an allen Enden/ und gegen allermänniglich vollkommenlich gebrauchen / genießen und dabey gäntzlich bleiben ſollen und mögen/ und darüber nun fürbas ewiglich durch einig Land-Richter noch anderen Richter/ noch Gericht/ auf einige Klag/ Spruch noch Anforderung weiter nicht fürgenommen/ geheiſchen/ geladen/ noch wieder die/ ihr Leib noch Gut/ nicht gerichtet / geurtheilet / *procedir*t/ noch vollführt werden/ ſondern was darüber wieder die/ ihr Leib/ Haab oder Güther fürgenommen / geurtheilt/ gehandelt oder *procedir*t wurde / daß ſolches alles ietzt alsdann / und dann als ietzt von obgemelter Unſerer Käyſerl. Macht / Vollkommenheit / gantz krafftloß/ unbündig/ und untüglich/ und den fürgeladenen / an ihren Leiben/ Ehren/ Haab und Güthern/ auch den genannten von Ulm/ und den ihren / obberührt an dem bemelten ihren Freyheiten und *Privilegi*en unvergreiffenlich und unſchädlich ſeyn ſollen/ von allermänniglich ungehindert. &c. vid. Löbl. Statt Ulm wohlverordnete gerichtliche *Proceſſ*-Ordnung *fol.* 94. *ſqq.*

§. XXIX.

Porro II. ſplendet hæc antiquisſima Imperii Civitas privilegio de non appellando à Friderico IV. & Maximiliano I. Impp. obtento, à Ferdinando vero II. *anno 1621.* confirmato & extenſo: cujus verba hæc ſunt: Wir Ferdinand der andere von GOttes Gnaden/ erwählter Römiſcher Käyſer/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs ꝛc. bekennen öffentlich mit dieſen Brief/ und thun kund aller männiglich/ daß Uns die Erſame/ Unſere und des Reichs liebe Getreue N. Bürgermeiſter und Rath der Stadt Ulm underthänig zu erkennen geben/ obwohln Sie und gemeine Statt von unfürdencklichen Jahren hero/ wie noch/ ein ſonder Gericht habe/ das obere Statt-Gericht genannt/ daran alle *Civil-* und Bürgerliche Sachen/ ſo ſich über zwantzig Gulden belauffen/ rechtlich ausgetragen würden/ welches Gericht mit dapferen *qualificir*ten Perſonen des Raths iederzeit dermaßen beſetzt geweſen/ daß außer Ruhm zu melden/ wenig Urthel zu finden/ ſo an Unſer und des Heil. Reichs-Cammer-Gericht/ als *judicio appellatorio reformi*rt/ſondern deren viel eine gröſſere Anzahl fürzulegen/ welche in allen ihren Inhaltungen *confirmi*rt/ und *ad exequendum* wiederum an obbemelte Bürgermeiſter und Rath gelangt ſeyn worden; So habe iedoch nichts deſtoweniger bey ſolchem ihrem Gericht die Erfahrung mitgebracht/ daß ſich iewcils vermögliche Partheyen/ keiner Urtheln ſättigen ließen/ ſondern aus lauterem Muthwillen/ zu des anderen Theils umtrieb und Ausmattung geſtracks an Unſer und des Heil. Reichs Cammer-Gericht *provoci*rten/ in Hoffnung/ dar-

dardurch ihren Gegentheil/ entweder zu einem ihnen annehmlichen *accord*, oder aber das gantze Werck in einen ſolchen Stecken zu bringen/ daß deſſen Austrag auch wohl Kindes-Kinder nicht erleben ſolten/ und was ſonſten hieraus ferner für Ungerechtigkeit/ Zwietracht/ Verbitterung der Gemüther und ander mehr Unheil/ zuerfolgen pflege: Und Uns darauf obbeſagte Bürgermeiſter und Rath/demüthiglich angeruffen und gebeten/ Sie und gemeine Statt Ulm/ mit Unſer *appellations*-Freyheit/ gnädiglich zu verſehen/ und zu begaben. Daß haben Wir angeſehen ſolch obberührt Bürgermeiſter und Raths demüthigliche zimliche Bitte/ auch die angenehme getreue und nützliche Dienſte/ ſo ihre Vorfahren und Sie/ weyland Unſern Hochgeehrten Vorfahren am Reich/ Römiſchen Käyſern und Königen/ auch Uns und dem H. Reich/ in mannigfaltige Weis/ offt williglichen gethan haben/ und hinführo wohl thun mögen und ſollen; Und darum mit wohlbedachtem Muth/ guten Rathen und rechten Wiſſen/und von Röm. Käyſerl. Macht und Vollkommenheit gedachte Bürgermeiſter/ Rath und gemeine Statt Ulm/ aus ſondern Gnaden dahin befreyt/ fürſehen und begabet/ thun auch das von obberührter Unſerer Käyſerl. Macht hiemit wiſſentlich und in Krafft dis Briefs/ alſo und folgender Geſtalt/ daß nun hinführo zu ewigen Zeiten weder Mann- oder Frauen-Geſchlecht/ was Stands oder Würden der oder die ſeyn/ niemand ausgenommen/ von Urtheilen Erkandtnüßen/ *Decret*en oder *Proces*ſen/ ſo durch gedachten Rath/ von dem obern Statt-Gericht daſelbſt/ inskünfftig geſprochen und ergangen ſeyn oder werden/ in Sachen/ da anfänglich die

Klag-

Klag- und Haupt-Sach nicht über Sechshundert Gulden Rheiniſch in Gold/ ſondern Sechshundert und darunter werth wäre/ ſo wenig *ratione nullitatis* als *iniquitatis*, weder an Uns/ Unſere Nachkommen am Reich/ oder Unſer Käyſerl. Cammer-Gericht/ nicht *appelli*ren/ *ſupplici*ren noch *reduci*ren ſollen noch mögen in keine weiß/ ſondern dieſelbe Urtheilen/ Erkanntnüße/ *Decret* und *Proceſs* gantz kräfftig und mächtig ſeyn/ ſteht bleiben/ vollſtreckt und vollzogen/ und an mehr beſagter Statt Ulm Ober-Gericht vollfahren und *procedi*rt werden ſoll/ wie ſich gebührt: Da auch die *ſumm* an ſich ſelbſt vermög Unſer obbegriffener Freyheit *appellabilis* wäre / ſo ſolle iedennoch der *appelli*rende Theil gedachten Bürgermeiſter und Rath / die eydliche Verſicherung und Bürgſchafft / inmaßen im Heil. Reich gewöhnlich / und desfalls von Alters herkommen/ auch ihre der Statt Ulm zu vorhin habende Freyheit vermag und in ſich hält / zu thun ſchuldig und verpflichtet ſeyn/ von aller männiglich unverhindert: Und ob darüber von einem oder mehr von einiger Urthel / die nicht über Sechshundert Gulden Rheiniſch in Gold/ wie obſteht betreffe/ welcher Geſtalt und von wem das beſchehe/ *appelli*rt/ *ſupplici*rt/ oder *reduci*rt / oder derſelben *appellation, reduction* oder *ſupplici*rung ein oder mehr von Uns und Unſerem Käyſerl. Cammer-Gericht aus Unwiſſenheit / Vergeſſenheit oder auf ungleichen Bericht angenommen wurde / ſo ſetzen ordnen und wollen Wir doch/ daß ſolches den obgemeldten Unſer Begnadung und Freyheit unnachtheilig und unabbrüchig/ auch dieſelbigen *appellatio*nen/ *Reductio*nen und *ſupplici*rungen/ und was darauf gehandelt und vorgenom-

genommen wurde gantz krafftloß/ untauglich und nichtig ſeyn/ daß wir auch alles und iedes von obbeſtimmter Unſer Käyſerl. Macht-Vollkommenheit/ ietzo alsdann und dann als ietzo untauglich erkennen/ erklären/ aufheben/ vernichten und *caſſi*ren/ und mehrbeſagte Bürgermeiſter/ Rath und Gericht daſelbſt zu Ulm und ihre Nachkommen/ unangeſehen des alles/ ſich obberührter Unſer Freyheit und Begnadung gebrauchen/ und Macht und Gewalt haben ſollen und mögen/ ſolch Urtheilen/ die alſo Sechshundert Gulden Rheiniſch in Gold die obbegriffen/ berühren/ zu vollziehen/ und ferner/ wie ſich nach rechtlicher Ordnung gebührt/ zu handlen. Und gebieten darauf allen und ieden/ Churfürſten/ Fürſten/ geiſtlichen und weltlichen *Prælat*en/ Grafen/ Freyen ꝛc. und ſonſt allen andern Unſern und des Reichs-Unterthanen und Getreuen/ in was Würden Stand oder Weſen die ſeyn/ ernſtlich und veſtiglich mit dieſem Brief/ und wollen/ daß ſie viel gedachte Bürgermeiſter/ Rath und gemeine Statt Ulm/ und ihre Nachkommen/ an obberührten Unſern Käyſerl. Gnaden und Freyheiten/ damit Wir Sie wie obſteht/ fürſehen und begabt haben/ nicht hindern noch irren/ ſondern Sie und ihre Statt/ Richter und Gericht/ der alſo gebrauchen/ geruhiglich und ohne irrung dabey bleiben laſſen/ und hierwieder nicht thun/ in keine weiß/ als lieb einen ieden ſey/ Unſere und des Reichs ſchwere Ungnad und Straf/ und darzu ein Poen/ nemlich Sechzig Marck Löthiges Gold zu vermeiden/ die ein ieder/ ſo offt er freventlich hierwieder thäte/ Uns halb in Unſer und des Reichs Cammer/ und den andern halben Theil/ den vorgemelten Bürgermeiſter und Rath der

Statt Ulm/ und ihren Nachkommen/ unablößlich zu bezahlen/ verfallen ſeyn ſoll: Mit Uhrkund dis Briefs/ beſiegelt mit unſerem Käyſerl. anhangenden Inſiegel/ geben in Unſerer Statt Wien den fünfften Tag des Monaths *Februarii* nach Chriſti Unſers lieben Herrn und Seligmachers Geburth/ Sechzehenhundert/ und im ein und zwanzigſten/ Unſerer Reiche des Römiſchen im anderen/ des Ungariſchen im Dritten/ und des Böhmiſchen im Vierten Jahre:

Ferdinand.

Vice Reverendiſſ. Dn. Joan. Suuicardi, Archicancellarii & Elect. Mog.

Vt H. Ludwig von Ulm

Ad Mandatum Sac. C. Majeſt. proprium

Joh. Rudolph. Pucher.

§. XXX.

Hiſce privilegiis & alia adjungenda ſunt; utpote quod III. vigore privilegii Caroli IV. Imperatoris de *anno 1348.* illa propter Imperium Romanum neque alienari poſſit, neque oppignorari. IV. Habet privilegium ab Imperatore Alberto *de anno 1300.* vi cujus omnes perſonæ eccleſiaſticæ & clerici, ratione bonorum ſuorum in territorio & agro Ulmenſi ſitorum, magiſtratui ibidem collectas aliasque contributiones ſolvere tenentur. V. Agnoſcit illa ex privilegio Sigis-

mun-

mundi Imperatoris *de anno 1433*. Civitates, Memmingen/ Gmünd oder Biberach/ judices primæ inſtantiæ & Auſtregarum, daß wer zu ihnen zu ſprechen hat/ ſolches ein Erſamer Rath bey denen drey Stätten/ mit Nahmen Memmingen/ Gmünd und Biberach bey Recht bleiben laſſen/ und mit keinem anderen Gericht beſſeren ſolle/ daß auch der Rath unter den drey Stätten/ welche Ihm gelegen iſt/ erſuchen und vorſchlagen möge. Accedit VI. privilegium Maximiliani de *anno 1494*. de non recipiendis Judæis, & poſt hæc Caroli V. de *anno 1541*. de prohibitis cum Judæis contractibus, & deſuper inſtituenda conventione, daß nehmlich kein Jud noch Jüdin/ wo die allenthalben geſeſſen/ eines Erſamen Raths Burger/ Hinterſaßen und eigenen Leuthen/ noch ihren Weib und Kindern/ wo die überall auf dem Lande ſitzen/ auf ſeine benannte austruckentliche und liegende Güther/ Lehen oder eigen/ ohne eines Bürgermeiſters/ Raths und ihrer Amtleuth Wiſſen und Erlauben/ weder mit noch ohne Wucher/ wenig oder viel/ bey Verliehrung des Haupt-Guths leihen/ noch ihre Schulden und Güther verſchreiben; daß auch kein Jud oder Jüdin eines Erſamen Raths Burger/ Hinterſaßen und eigen Leuthen/ um keinerley Sachen oder Schulden/ an keinem Hof- Land- und andere frembde Gerichte nicht fürnehmen/ und ob es darüber beſchehe/ und an demſelbigen wieder Sie oder ihre Güther ichzig geurtheilt/ oder *procedi*rt würde/ daß doch ſolches von Unwürden und nichtig seyn ſolle ꝛc. Gaudent præterea Ulmenſes vi privilegii Imperatoris Sigismundi *d. anno 1428*. jure nundinarum, aliisque juribus & immunitatibus quam pluribus,

 vid.

vid. KNIPSCHILD. *d. jur. Civit. Imp. lib. III. cap. 43. n. 33. ſqq.*

§. XXXI.

Cum itaque prædicta hæc jura atqua privilegia ſuperioritati territoriali ſemper ſint annexa, uti id latius deducunt ac defendunt Per-Illuſtris Baro de LYNCKER in *Diſſ. d. Superiorit. Territ. pag. 25. HERTIVS in Diſput. d. Sup. Territ. §. 8. BVRGOLDENSIS diſc. ad Inſtr. Pac. p. 3. d. 9. KNIPSCHILD. d. tr. lib. II. cap. IV. n. 68. multisque ſqq. PFEFFINGERI Vitriarius Illuſtratus lib. III. tit. 16. & 17. SCHWED. in jure publ. p. ſpec. ſect. II. cap. XI. & ſqq.* Qui omnes ſupra §. *21. & ſqq.* recenſita jura ad Superioritatem territorialem pertinere, unanimiter aſſerunt: imo TITIVS tam in *ſpecim. jur. publ. lib. III. cap. V.* quam *in Differt. de Habitu territ. Germ. §. 39. & ſqq.* illa partes Superioritatis territorialis eſſe ſtatuit; facile hinc ſequitur Civitatibus imperialibus Superioritatem territorialem eo minus de jure denegari poſſe; quo minus jura earum in controverſiam deduci queunt.

§. XXXII.

Ut itaque illam, quam §. V. mihi propoſui, methodum, debito modo obſervem, coronidis loco, antagoniſtarum rationes quas in ſuperioribus §. III. & IV. adduxi, paucis examinabo, atque exinde demonſtrabo, illas communi Doctorum doctrinæ, legibus fundamentalibus & praxi hodiernæ contrariari. Ad I. enim, quod attinet rationem, reſpondeo; Ad ſuperioritatem territorialem minime pertinere, ut Status alicujus ditio annexam habeat dignitatem regalem, ea-

que

que feudi lege ab Imperatore recognoſcatur, ſed ſufficere, eam habere proprium diſtrictum & territorium, ejusque nomine ſummum Imperantem immediate recognoſcere; Jam vero Civitatibus Imperii territorium proprie ſumtum competit, ergo ad eas quoque jus territorio cohærens pertinet, quod eſt ſuperioritas, die Landes Obrigkeit/ vel ut in civitatibus dicitur, die Städtliche hohe Obrigkeit. Scilicet Superioritas territorialis innititur territorio, ſive illud intra muros comprehendatur, ut in pace Weſtphalica eſt expreſſum, ſive in certa conſiſtat ditione. MEISCHNER. *tom. II. lib. I. Dec. 8. n. 3. CAMILL. BORELL. Conſil. 70. n. 34. & Conſ. 86. n. 11. BOCER. de collect. cap. IV. num. 40. KNIPSCHILD. de jur. Civit. Imper. lib. II. cap. IV. n. 7. ſq. REINKING. de regim. ſec. & Eccleſ. lib. I. cl. 5. cap. 5. n. 6. & ſqq. HERTIUS de ſpecial. Rom. Germ. Imp. Rebus publ.* §. 5. Committit itaque Knichen petitionem principii; Falſiſſimum enim eſt, Superioritatem territorialem, illis tantum Ducatibus & Marchionatibus, qui feudi lege recognoſcuntur, competere, cum alias ſequeretur, Ducatus & Comitatus allodiales illa deſtitui, quod abſurdum: Proinde diſtinguendum eſt inter dignitatem regiam & territorialem ſuperioritatem; nam poteſt quis Comitatum & Baronatum, cui adhæret regalis dignitas, ut Comes & Baro habere, & tamen ſub alterius Superioritate territoriali eſſe, nec illa uti, juxta clarum textum R. A. *de anno 1548.* §. wiewohl auch in der Regierungs-Handlung. Multi enim dantur Comites & Barones, qui dignitate quidem feudi regalis fruuntur, territoriali tamen jurisdictione

 vel

vel in totum vel ex parte doſtituuntur, cum aliorum Ducum Principumque Landſaſſii & ſubditi ſint, cujus plura in Germania noſtra reperiuntur exempla KNIPSCHILD. *de jur. Civit. Imp. lib. II. cap. IV. n. 15. & 16.* *REINKING. de Regim. Sec. & Eccleſ. lib. I. cl. 5. cap. 5. n. 15. 16. MINGIVS concl. 44.*

§. XXXIII.

Ad II. reſpondeo concedendo, ſuperioritatem territorialem à potiori appellari quidem ſolere Landes-Fürſtl. Hoheit/ ſi Dux vel Princeps illam exercet, à perſona nempe dominante ita appellata, ſed non ſemper; alias enim, uti ſupra jam notavi, dicitur quoque, hohe Landes Obrigkeit/ Landes Hoheit/ ſi nim. Comes, Baro vel Civitas illam habet; ut ſic diſtinctio adhibenda ſit inter jus Principis perſonale, quod perſonis Principum ſaltim adhæret, & ſuperioritatem territorialem ipſam, cum hæc duo invicem nihil inter ſe commune habeant. Et ſi per jus Principatus poteſtatem omnimodam in omnes ſubditos intelligamus, hæc Civitatibus quoque imperialibus erit adjudicanda, cum & hæ idem poſſint quod Principes. Habent itaque Civitates liberæ jura Principum & Statuum ratione territorii, quod ab Imperatore & Imperio immediate poſſident. Nec concedendum eſſe puto, jura Superioritatis territorialis potentius influere in Principes, quam in Civitates imperii, cum reſpectu territoriorum ſuorum eadem jura, eadem privilegia easdemque immunitates habeant, atteſtante ANDR. GAILIO *II. Obſ. 57. n. 7. de pac. publ. c. 6. n. 11. & in tr. d. arreſt. cap. 9. n. 1.* quando ait: *liberæ Imperii Ci-*

*vitates non tantum jura Principum habent, & juriſdictionem proprio jure exercent, ſed etiam ſub generica Principum definitione propriiſſime continentur, uti ſpecies ſub ſuo genere:* Et ſic de Civitatibus Imperii dici poteſt, quod habeant Landes Fürſtl. Hoheit/ licet non ut Principes, tamen ut principalia jura tenentes; atque ita Civitates imperiales in ſuis diſtrictibus & territoriis non jura tantum Principis habere, ſed etiam vicem Principis obtinere, veluti id communi DD. calculo confirmatur. vid. KNIPSCHILD. *lib. II. cap. V. n. 17. & ſqq. & lib. II. cap. I. n. 35. ſq.* ubi DD. & REINKING. *de Regim. Sec. & Eccleſ. lib. I. cl. V. cap. V. n. 17. ſqq. & lib. I. cl. IV. cap. XX. n. 12.*

§. XXXIV.

Ad III. reſpondeo: Sacramentum, quo Imperatori Imperii Civitates obſtrictæ ſunt, non indicare ſubjectionem aut deminutionem libertatis earum, ſed eo præcipue directum eſſe, ut illarum fides certior ſit atque firmior, idemque fere eſſe, quod Principum aliorumque Statuum juramentum feudale & nexus vaſallitícus, cum juribus eorum hæc nihil obſint. Idem dicendum eſt de præſtatione annui cenſus & reliquis juribus, quæ Principes vicini in quibusdam Civitatibus imperialibus exercent. Hæc enim ex pactis quibusdam antiquis oriuntur, & reliquiæ potiſſimum ſunt præfecturarum & advocatiarum Imperii, aſt ſalva ſemper ſuperioritate præſtantur. Non ſecus ac Elector Palatinus jure Wildfangiatus, conducendi aliisque eximiis juribus in terra Rhenenſi & diverſorum Statuum territoriis utitur, ſalva ſemper manente horum terri-

toriali ſuperioritate. Sic & alii Principes in aliorum territoriis nonnunquam jura exercent non exigua, neque tamen per hoc illorum territorii juribus præjudicatur.

§. XXXV.

Ad IV. reſpondeo: luſum eſſe in terminis, unum enim idemque eſt, ſive dicamus Civitates Imperiales habere jura territorialia, ſive habere Superioritatem territorialem, cum hæc vocabula apud KNIPSCHILD. *in toto lib. II. cap. V.* promiſcue ſumantur. Et quis curat titulum, ſi rem habeat? Falſum igitur eſt terminum ſuperioritatis territorialis aliquid majus importare, cum verba Articuli *8.* pacis Weſtphalicæ contrarium diſponentis clarisſima ſint. Licet aliud aſſerat OCKELIVS *de Regali poſtarum jure th. 5. pag. 100.* vid. *PFEFFINGERI Vitriarius Illuſtratus lib. III. tit. 15. §. 13. in f.*

§. XXXVI.

Ad V. reſpondeo: exercitium majoris auctoritatis, ſublimiorumque jurium cæſareorum in territoriis Civitatum Imperialium, ſuperioritati territoriali illarum eo minus obſtare, quo minus illud aliorum Statuum Imperii juribus obeſt. Conſtat enim Imperatorem vigore ſummæ, quam in toto Imperio exercet, poteſtatis, etiam Reſervata ſua non ſolum in Civitatum Imperialium, ſed & aliorum Principum, Comitum Baronumque terris, ſalva tamen ſemper manente Superioritate territoriali, exercere poſſe.

§. XXXVII.

§. XXXVII.

Ad VI. reſpondeo, concedendo Civitates imperiales, juxta propriam illarum confesſionem, multis paraſangis ab Electoribus & Principibus diſtare, quoad jura perſonalia ac inde deſcendentes multas prærogativas; non vero quoad jura teritorialia, quippe quæ omnibus Statibus ſunt æqualia, ut §. *XXXI. & XXXII.* jam jam fuit demonſtratum.

§. XXXVIII.

Ad VII. reſpondeo, negando: Civitates enim imperiales indubitatos Imperii Status eſſe, à nullo juris publici perito Doctore in dubium vocatur. vid. KNIPSCHILD. *d. tr. lib. II. cap. II. n. 16. PFEFFINGERI Vitriarius Illuſtratus lib. III. tit. 15.* §. *13. REINKING. de regim. Sec. & Eccleſ. lib. I. cl. IV. cap. 20. n. 24. ſqq. SCHWEDER. p. ſpec. Sect. II. cap. IX.* §. *3.* ob rationes quod Illæ Imperatori & Imperio immediate ſint ſubjectæ, in matriculam Imperii receptæ, ad Comitia vocentur, ibique Sesſionem & votum deciſivum habeant, per Deputatos compareant, Receſſus ſubſcribant, particularibus conventibus interſint &c. quæ omnia teſtimonium certisſimum perhibent, Illas Status Imperii eſſe. vid. KNIPSCHILD. *d. l. n. 27.* & multis *ſqq.*

§. XXXIX.

Ad VIII. reſpondeo, nihil intereſſe, territorium alicujus civitatis magnum ſit, an parvum, cum parva & magna ſub eadem juris determinatione includantur *l. 20. C. de appellationibus.* & Superioritas territorialis non ex magnitudine territoriorum ſit æſtimanda

vel dimetienda. Imo dantur quoque Civitates Imperiales, quæ ſatis amplas terras, ditiones & diſtrictus imò Comitatus & Baronias poſſident; uti id exemplo plurimarum civitatum, & in ſpecie chariſſimæ meæ patriæ, civitatis nempe Ulmenſis, probari & confirmari poteſt.

§. XL.

Tandem ad IX. & ultimam rationem reſponderi poteſt: neceſſarium non eſſe, neq; cogi ad id poſſe Civitates Imperiales, ut titulum poſſesſionis jurium territorialium demonſtrent; cum & plurimi Status alii in demonſtrando titulo jurium ſuorum eadem difficultate laborent; ſufficit itaque quod Civitates Imperiales jura ſua, non tantum intra, ſed etiam extra muros, teſtante pace Weſtphalica, eodem modo, quo eadem vel ſub antiquioribus Dominis obtinuerunt, vel per emtionem aut Cæſaream concesſionem, vel aliis modis legitimis ad Imperium detulerunt, hucusque retinuerint, & ab Imperatoribus per diplomata cæſarea confirmata fuerint; optime id annotante AUCTORE ACTOR. LINDAV. *fol.* 73. *verſ.* welches aber *conf.* *KNIPSCHILD. n.* 39. *ſqq.*

# F I N I S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-747494-p0077-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-747494-p0078-1

ULB Halle 3
003 331 911

Sb.

ᐡ778

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-747494-p0079-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-747494-p0080-1
DFG

1709,23 a 26
47

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

DE

# SUPERIORITATE TERRITORIALI CIVITATUM IMPERIALIUM.

*QUAM*

DIVINA ANNUENTE CLEMENTIA

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

*SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO*

DOMINO

**GUILIELMO HENRICO,**

DUCE SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ, MONTIUM, ANGARIÆ AC WESTPHALIÆ &c. &c.

*INDULTU ILLUSTRIS JCTORUM ORDINIS*

IN ALMA SALANA

PRÆSIDE

*VIRO ILLUSTRI ATQUE EXCELLENTISSIMO*

**DN. CHRIST. WILDVOGELIO, IC.**

CONSILIARIO SAXO-ISENACENSI INTIMO CURIÆ PROVINC. ET SCAB. NEC NON FACULTAT. JURID. ASSESSORE GRAVISSIMO ET ANTECESSORE FAMIGERATISSIMO.

*DN. PATRONO AC FAUTORE ÆTERNUM DEVENERANDO*

*PRO GRADU*

*PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT*

FRIDERICUS HEILBRONNERUS,

ULMA-SUEVUS.

*D. JUNII M DCC IX.*

HORIS ANTE ET POMERIDIANIS.

*JENÆ*, TYPIS JOH. ADOLPH. MULLERI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-747494-p0081-7